

Biographi enim muneris est qualiquali stylo relata in scriptis candidè & simpliciter referre; Critici verò muneris est omnes intimos rei judicandæ recessus profundius rimari, ut veram quintam crìsis essentiam valeat contrariis ex elementis diversæ opinionis extrahere.

At, condonationem prædictam non possumus aliquo pacto admittere, quia condonatio debitum necessariò requirit, ita ut, ubi debitum non est certum, non possit certa esse condonatio; & cum ex parte B. Raymundi & Doctrinæ ejus nullum sit debitum erga nos, nec propter aliquem errorem, nec propter alium defectum, ut visum est, & videbitur; sed è converso totus mundus debitor factus sit Deo, & ejus fidei servo, per quem ipse Largitor omnium donorum tam incomparabilia bona ipsi mundo distribuere dignatus est, ut donata sunt nobis in exemplis vitæ, & Doctrinæ ejus; idèò impossibile est, quòd aliquis ipsi B. Martyri, & Doctori universali possit aliquid condonare, & est necesse, quòd totus mundus illi regratietur. Et certè, si noster eruditissimus Annalista potuisset aliquo tempore à gravi historiarum

mole exoccupari, & magis à præconceptorum specierum graviore, & unicè Librorum arcana, & Artis B. Raymundi medullas ruminare & digerere, abs dubio cæteris excellentior evassisset, & non potuisset satis mirari Divinam gratiam in B. Raymundo ita exuberantem, ut in continuo motu, & innumeras sufferens molestias & contrarietates, tot Librorum millia finè aliquo errore scripserit.

Dico finè aliquo errore, non meum sequens, sed alienum tot Illustrium Authorum hoc testantium, judicium, ut supra est demonstratum; & præferim Ilmi Inquisitoris Albertini expertissimi & solertissimi hujus rei scrutatoris, cujus verba oportet hic in memoriam revocari, quæ sunt hæc: „Arti-  
„culi verò ei temerariè adf-  
„cripti, falsò impositi sunt, nū-  
„quam enim in ejus Libris re-  
„perti fuere, quavis subtilis &  
„scrupulosa indagatio à pluri-  
„bus Theologis magnæ lectio-  
„nis & Authoritatis Viris, ju-  
„bente Summo Pontifice, fac-  
„ta extiterit, proût monumen-  
„ta, quæ vidi testantur. Quali-  
„ter ergo Lullistæ hæc non igno-  
„rantes, imò de ipsis certificati per accuratam plurium anno-  
„rum in Lullianis Libris lec-  
tio-

tionem, possent qualemcumque gravium errorum falsam admittere suppositionem, & temerariam alicujus condonationis præsumptionem; cum evidenter constet de Catholicitate nostri B. Martyris, & de immunitate suæ cœlestis Doctrinæ ab omni errore? Unde, si noster Antilullista talem fecit suppositionem cum explicata sagacitate, quod nullatenus asseritur, sit illi solatium socium habere nostratem, & simul consideret, quanta æquitate, & impartialitate, & quàm sinè passione & personarum acceptione innocentia Doctoris & Doctrinæ defendatur; quia non contra personas, sed contra falsitatem decertatur.

Et ideo, si inter nos B. Raymundi domesticos cum tantâ concordia animorum, aliquod intellectus dissidium non defuit; quid mirum, inter extraneos etiam varia fuisse dictamina, licet omnes, nisi probetur contrarium, præsumendi sint avidissimi veritatis amatores? Verumtamen est necesse, rerum Bonitatem & Veritatem contradictionibus probari examinari & purificari, & hoc intrinsecus & extrinsecus; ait enim D. Gregorius Papa Hom.

35. in Lucam: *Ut ergo nos indicet interius exteriusque turbari, aliud nos fatetur ab hostibus, aliud à fratribus perpetis* & Poeta Verinus ait: *Rebus in adversis certa probanda Fides;* unde, si B. Raymundus & ejus Doctrina tot contradictiones non habuissent, tot Approbationes minimè haberent. Ideò, que omnes Lullistæ cum Emin. & Modestissimo Cardinali Belarmino quantum possibile est contradictores excusamus, quia scimus universalem totius humani generis inimicum, quanta mala potuit semina sparsisse; ut hoc tam universale bonum mundum lateret, ita ut, nisi Divina Providentia illius malignis conatibus obstitisset; illud totaliter extinxisset; & sic dicti Authores scripserunt secundum præconceptam, quam tunc de B. Raymundo & ejus Doctrina potuerunt habere hypothesein, quamque potius aliunde, quàm è propriis suis Libris desumere cogebantur; (ut clarè videtur in exemplo nostri Antilullistæ, qui intelligens, ut ipse ait, scripta Lulliana jam esse rarissima, videtur fuisse coactus, ab hæretico Bacone, & P. Rapino quasi furtim notitias rapere; & sic videtur magis ex necessitate &

& seductione, quàm ex libertate & ratione contradixisse) si verò, quæ nunc Orbi literario communicamus vidissent; legissent & intellexissent, non dubitatur, quin Viri hi sapien-

S.

**A**D 14., ubi noster Antilulista ait: *Quia intelligo, quòd scripta Raymundi Lullii jam sunt rarissima, adverto, quòd, qui voluerit integrius certificari de illius Arte Magna, inveniet in Gassendo quamdam exactam analysin illius; dicitur, hic esse duo valde notabilia. Primum est intelligentia maximæ raritatis Scriptorum Lullianorum, quam intelligentiâ ipse asserit se possidere. Secundum est advertentia recursus ad Gassendû pro exacta analysi ipsius Lullianæ Artis.*

Ad primum igitur respondetur, B. Raymundi scripta esse in mundo frequentissima; quia in plurimis Europæ Bibliothecis Libri Lulliani inveniuntur, & in aliquibus plurimum impressi, tum manuscripti. Nullatenus asseram in omnibus Bibliothecis hujusmodi Libros reperiri; omnes enim nec potui videre, nec de illis certam habere notitiam; at plures visitavi in Germania, Gallia, & Hispania, & nul-

tes & æquissimi veritatis Defensores longè aliud judicium protulissent, quod à posteris indubitanter & cum scœnore obtenturum Il. Doctorem nostrum speramus.

XIV.

Illam sinè Libris Lullianis Bibliothecam inveni; in Italia non vidi, quia ibi non fui immoratus; sed ex certa notitia assero, ibi plurimos inveniri. Et fuisset quidem mirabile, mihi, casu fortuito, accedenti, semper sortem loca adeundi obtigisse, ubi Divina Providentia Libros Lullianos conservat, & numquam infortunium aliquam inveniendi Bibliothecam sinè aliquo hujus generis Libro; quod non leve signum est maximè horum Librorum frequentia.

Sed, quia non est operæ pretium longam & tædiosam inquisitionem aggredi pro re, quàm palàm ipsæ Hispaniæ Bibliothecæ testantur, & nè acutum iterum agam; inspiciat, cui placuerit Bibliothecam Universam Franciscanam eruditissimi & sapientissimi P. Joannis à S. Antonio impress. Mattiti anno 1733. T. 3. f. 35., ubi est Catalogus Librorum Lullianorum, qui reperiantur in Regiis Bibliothecis S. Laurentii Scu.

Scorialis, & Matritensi, Hispanensi, Barcin., Populertensi Benedictinorum, Cordubensi, Majoricensi, & in aliis, ex quibus Libris plurimos vidit dictus Generalis Scriptor, ut ibi notat, quin ad hoc ex Hispania egrederetur. Videatur etiam Catalogus 1. Tomi. Præter hos, plurima exemplaria sex prægrandium Tomorum Magni Operis Lulliani Moguntinæ Impræssionis jam sunt per plures Hispaniæ partes successivè ab anno 1721. usque in hodiernam diem, distributa.

Prætermisissis adhuc Libris omnibus Majoricæ, & Valentiniæ impressis, qui sunt plurimi, & per nostram Hispaniæ regionem dispersi, & aliis pluribus, quos ex certâ Condiscipulorum meorum notitiâ credo, in Salmantinis Bibliothecis inveniri; clarè videtur, nil deesse, ut sit maxima dictorum Librorum copia & frequentia; itaut, si aliquis bono fine vellet ipsorum Librorum aliquot plaustra coemere; bene scitur, unde, solutis solvendis, possent ad ipsum destinari. Et, si res ita se habet, ut plurimis constat, & omnibus potest evidenter constare; unde potest nosse Antilullista maximam Librorum Lullianorum rarita-

tem, quam Deus ipse non intelligit, intelligere? Et, si talis farinæ est certitudo & veritas objecti suæ intelligentiæ, qualis erit, objecti suæ humanæ credentiæ? Et, si ex objecto & potentiâ paritur notitia, qualis erit notitia parva ex objecto, quod est omnino vacuum & nil? Dignetur igitur æmulari charismata meliora, & nolle, quod inintelligibile est intelligere, ut pleniore det nobis notitia, quibus nostri appetitum intellectûs utiliter reficere valeamus, cum Anima intellectiva nil fortius desideret, quam veritatem, & è converso, nil fortius debeat, quam falsitatem odire.

Hic maximum occurrit notabile, juxta omnes magis boni communis, quam particularis amatores nullatenus prætermittendum, quia utilissimum, & valde bono communi necessarium; quod scilicet Lulliana scripta, quæ ubicumque per Divinam asservantur Providentiam, cui humana diligentia in omni, quod sui muneris est cooperari tenetur; exquisitè ubique terrarum perquirerentur, quia; ut jam inventorum citationes proclamant, adhuc plures desiderantur Libri, qui maximi cre-

creduntur momenti. Licet enim celsissima Domus Palatina Rheni, pro solo negotio Lulliano de toto orbe, ut jam dictum est, benemerita, hoc maximum aggressa sit. Opus maximis sumptibus executioni mandatum in conquirendis undequaque Libris Lullianis manuscriptoris ad prelum, non tamen fuit possibile omnes adinvenire; quia ad id, ad quod superabundabat pecunia, potuit neququam inquirentium diligentia pertingere, ut optime norunt aliquantulum versati in scripturarum antiquarum scrutiniis, & qui sciunt, aliquos hujuscemodi optimos Libros casu fortuito aliquando privatarum ædium in angulis, ubi à tempore immemorabili totaliter sepulti jacuerant, fuisse repertos.

Quare veri rerum æstimatores poterunt judicare, an utilior mihi inciderit hanc circa rem cogitatio, quam Nabucodonosor Regi, quando totum mundum cogitavit suo subjugare imperio. Hæc enim est mea qualiscumque cogitatio, quod scilicet solus Generalis Minister totius nostri Ser. Ordinis posset melius & facilius hoc negotium perficere, si fortiter & suaviter, præciperet

& exhortaretur omnes Provinciales Ministros, & hi, omnes Conventuum & locorum Guardianos & Prælatos, ut quilibet respectivè ex suo Conventu duos saltem habiles & solertes destinaret Religiosos, qui in omnibus sui ambitus Bibliothecis, & aliis Librorum & Scripturarum locis, diligenter & fideliter scrinia perscrutarentur, & Librorum dumtaxat Titulos, initium & finem notarent, donec perfectus evaderet Index, quem statim ad ipsum Ordinis Caput, unde præcepti sumpsit exordium diligenter destinarent, & sic non multo tempore, & sine expensis notabilibus universalis totius vastissimi & mirabilis Operis Lulliani haberetur Index, majoris utilitatis & necessitatis, quam forsitan alicui hac de re minus informato videbitur; inde enim nedum possent Libri adhuc desiderati obtineri, verum & meliores copiarum ad meliorandum impressa & imprimenda, quo ipsum Opus ad suam perfectionis finem perveniret, & totus Orbis mirificè tanto Dei dono ditaretur.

Variis experimentis cogitatio confirmatur; nam plures nostrum piissimæ memoriæ Magistrum Salzinger conquestum & do-

lentem audivi ; eò quòd originale aliquod Lemovicense non invenisset ad faciendum Artis Inventivæ traductionem, sicut Artis Amativæ, & aliorum Tractatum fecerat, & differentia inter utramque Artem defectum illius traductionis demonstrat. Quin etiam pluribus ex copiis, quamvis miserrimè vitiatis & corruptis, aliquando Liber aliquis ad integrum & pristinum nitorem restituitur, quia quod in una deest, ex alia suppleri solet, cùm multa collecta ad hoc potentissimè juvent, ut fecit idem Magister in Libro inestimabili de Quinta essentia, quem ex variis copiis mutilatis & corruptis totaliter restauravit. Ipsum etiam Magistrum Lulliani Operis Compilatorem dicentem audivi, se quodcumque pretium pro quodam Libro ex desideratis daturum, quem non potuit reperire. Hic etiam est maximè advertendum damnum emergere solitum ex facili permissione extrahendi Libros à suis locis originariis, nullà eorum copià remanente ; talis enim permissio non semel magni est causa laboris in illorum inquisitione, urgente necessitate, & aliquando Libri sic extracti to-

talis est causa jacturæ ; ut patet in Libro *Deus, quæ pars?* in quo est disputatio B. Raymundi cum Subtili Doctore Joanne Dunsio Scoto, quando se invicem Parisiis tractaverunt, qui Liber fuit Majoricà extractus, nullà ejusdem copià relictà ; & audivi, quemdam Proregem ibi jam suo officio perfundum, dictum Librum secum in theca argentea detulisse ; & ideò per plures ipsum inquirimus annos, & invenire nequimus ; sed (Deo sint Laudes) quia tandem aliquando meus germanus Frater huic communi bono promovendo, spretis propriis convenientiis, incessanter insistens ex Gallia scripsit mihi, se de dicto Libro aliquam habere notitiam, quòd scilicet inveniatur in Bibliotheca nostri Ordinis Conventus Tolossani, unde omni diligentia illius copia procurabitur.

Patet etiam dictum damnum in magna Manuscriptorum copia Barcinone extractà ad Rheni Palatinum sine copiarum reliquia, quo non feliciter effectum est, ut debuerimus sine originalibus, & sine copiis remanere, quod non est parùm dolendum ; & hæc etiam est una ex causis, ut supra

pra factum manet , quare Hispani debuimus ire Moguntiam aliquid de nostra hæreditate emendicatum , quam extranei , ut derelictam adierant: dixi notanter id esse non parum dolendum ; quia , si copiae in Hispania relictae fuissent , dicta manuscripta essent utrobique magis assecurata , & alia inconvenientia fuissent evitata , quae non convenit enarrari.

Non multò post verò nostram Belearum adventavit nuncia fama per Urbem , quòd scilicet noster animosissimus præpotentissimus & Catholicissimus Monarcha Philippus V. , quem Rex Regum Christus nedùm temporali , verùm immortalis aeternaeque gloria coronet , habitam facti noticiam , statim expediri nuncium jussit dicta scripta revocaturum , donec totidem copiae efformarentur , quotidem optasset Celsissimi Electoris Palatini Serenitas de sua Regia & gratiosissimam Liberalitate recipere , dummodò tam præciosam suppellectili suam Hispaniarum Regnum non totaliter spoliaretur ; sed , quia ipsorum manuscriptorum sarcina jam longius ab ipso Regno discesserat , non fuit possibile pro tunc Regio desiderio satisfieri , quod

requievissè putatur cum vicissitudinariae & gratioris redditionis spe , ut videtur in Libris tantam magnificentiam impressis ; qui illinc in Hispaniam venerunt.

Hanc magnae considerationis noticiam , quam prius fama vulgaverat , nunc demùm oretenus excepi ab Excellentissimo Domino D. Antonio , Francisco piissimae memoriae , Comite Benaventano Doctoris Il. & B. Christi Martyris Raymundi devotissimo , & Causae Lullianae à se , omni studio , promovendae avidissimo ; ipse enim desiderio desiderabat , obtento Regio beneplacito , perficere in Hispaniam , quod tam gloriosè incepit & profecuta est praclarissima Domus Palatina in Germaniam ; sed hoc tam sanctum & prænobile desiderium nequivit ad finem optatum perducere , quia inscrutabili Dei Judicio fuit exemplari morte præventus in hoc Franciscanorum generali Collegio Salmantino , quò accesserat , ut notum erat ejus intimis familiaribus , gratiam tractandi dictum Sanctum Opus cum Lullistis , qui pie credimus , Deo ipsum remunerare placuisse cum tantam oportunitate forsitan nunquam reditura , pro

Sanctis desiderijs & maximis beneficijs tantâ liberalitate & magnificentiâ per ipsum uti Patronum huic S. Jacobi Provinciæ collatis, ut Sanctè obiret in paupere cubiculo inter manus Filiorum S. Francisci, cum maximâ totius tam Sanctæ & numerosæ Communitatis instantè orantis afsistentiâ, in paupertate Spiritûs, humilitate, & obedientiâ sicut unus ex nobis effectus; quod utique Sanctè & piè esset ipsi invidendum ab omnibus mundi Magnatibus, præsertim in illa extremâ & tremebunda expeditione constitutis.

Hæc tam præclara & pia tanti Principis gesta in hisce Lullianis monumentis, licèt tam breviter & compendiosè, inserere debita me compulit gratitudo, qua, notoriè sciunt prænobiles Excellentissimi defuncti familiares me valde potenter adstrictum; & ut omnes Lullistæ sciant quanto jure teneamur hunc Excellentissimum Lullistam Deo, & illuminato Doctore omnibus votis recommendare, ut lux perpetua, si forsan aliquo indigeat suffragio, citius luceat ei, & ejus spiritus duplex, devotionis scilicèt erga B. Raymondum, & ejus Doctrinæ

coelestis incrementum, feliciter suis in successoribus fiat, quo veræ laudabilis & meritorie felicitatis & gloriæ spiritu prænobilissima Domus & familia Benaventana in sæculum perenniterque perseveret.

Jure, inquam, meritissimo Excellentissimum defunctum appellavi, & debeo appellare Lullistam; dùm me tanto nomine confiteor indignum, cum rei perfectio mihi, majori ex parte deficiat; quia à diuturno tempore erat ita magni Operis Lulliani addictus Libris, quos apud se duplicatos magno servabat honore, & diligentè inter manus versabat, ut sæpius illos laudaret, & lectitaret in ipsis: imò & tempus, quod magni Domini solent honestæ recreationi impendere, ipse Libris Lullianis avidè dedicabat; & experientia me docuit, ipsum esse non parum versatum (licèt nil scientibus de hac re aliter videretur) in *Libro Regum & Principum*, qui primo Tomo est præfixus; nam in prima nocte sui gratissimi in hunc Conventum accessus, statim ac me fuit hilariter allocutus maximam proposuit diffcultatem ex paragrapho de *Perfectione* ejusdem Libri numero 4., ubi dicitur: „ *Ait Perfectio*



ad Sapientiam: „ cum antea fi-  
 „ mus locutus de Libertate Dei,  
 „ que est infinita Perfectio, &  
 „ est idem cum omnibus Dig-  
 „ nitatibus Dei, quare non di-  
 „ cis, quod Deus scivit vel non  
 „ scivit, potuit vel non potuit  
 „ mundum perfectiorem face-  
 „ re, sicut dicis, quod Deus vo-  
 „ luit vel non voluit illum per-  
 „ fectiorem facere? Respondet  
 „ Sapientia: Solve mihi sequen-  
 „ tem questionem, & ego tibi  
 „ solvam præcedentem: cum  
 „ major sit Perfectio scire id ne-  
 „ cessario, quod liberè futurum  
 „ est, quàm quod est necessario  
 „ futurum, quomodo ego scio  
 „ liberè futura? Risit Perfectio,  
 „ & tacuit.

Ad hunc Librū ex Sacra Pag.  
 & prima Figurā Lullianæ Artis  
 mirabiliter contextum per nos-  
 trum Magistrum Ivonem, mit-  
 terem nostrum eruditissimum  
 Waddingum, si adhuc ageret in  
 vivis, ut videret quam *excellentiam*  
*ceteris præferant Lullistæ*  
*post tot vigilias* (ut ipse puta-  
 bat) & *fatigati cerebri intensos*  
*labores*, ipsi animadvertens,  
 quod totum potuit Author  
 componere in paucis horis, ca-  
 lamo alacriter currenti, sinè ce-  
 rebri fatigatione, & sinè aliquo  
 intenso labore propter Artis  
 juyamen; quia aequaliter ver-

fato in S. Paginā, cujuslibet  
 Principii artificialis inflexio  
 trahit in memoriam textus cō-  
 petentes, & sententię proferen-  
 dæ necessarios; at noster Anti-  
 lullista, cujus vitam Deus omni  
 vera felicitate prolonget & se-  
 cundet, dignetur ipsius Libri  
 non corticem degustare, sed me-  
 dullam degustare, & videbit, an  
 ipse potuerit cum toto suo  
 Theatro critico Universali  
 tantam Doctrinam & veram sa-  
 pientiam Regibus & Principi-  
 bus exhibere, quantam omni-  
 nò utilem & necessariam exhi-  
 bet iste solus Liber ex sedecim  
 Principiis Artis Lullianæ cum  
 Sacris Textibus facillima artifi-  
 ciositate compactus?

Præterea dictus Excellentis-  
 simus Dominus & Lullista inter  
 frequentes conferentias de Fi-  
 guris Artis A.S. & T. voluit ali-  
 quotiès audire, quomodo per  
 ipsam Artem probantur Myste-  
 ria nostræ S. Catholicæ Fidei, &  
 præsertim modum demonstnan-  
 di cuicumque Atheistæ dari  
 Deum; in quibus collationibus  
 miratus sum ipsum per Princi-  
 pia Figuræ A. sive per Divina  
 Attributa egregiè discurrere;  
 & toto suæ sospitatis tempore,  
 & adhuc infirmitatis, donec in-  
 gravefceret, me sibi præsen-  
 tem volebat, de alia loqui  
 ma-

materia nolens, quàm de Doctrina & Sapientia Lulliana, quam sibi cordialissimè desponsaverat, & verbis & factis demonstrans, se illam proponere Regnis & sedibus, & divitiis nihil esse ducens in comparatione illius. Quod exemplum immortalis memoria dignum in Magnate tantæ nobilitatis & Excellentiaë laudabiliter dedicavit & legavit posteritati. Alia non pauca reticeo; quæ possent mihi honorem afferre, quo me indignum existimo. Et transeo ad secundum.

Et candidè fateor, ad id me respondere noluisse, licet generaliter hoc possem, donec, banâ fide nostro Antilluliste servatâ, in quantum licuit, Gassendi Librum quærirafsem, ad quem ipse remittit desiderantes exactæ analyseos Lullianæ Artis notitiam. Bonâ enim fide sperabam aliquid forsan in ipsa analysi invenire, quod necdum ab ipsa Arte & ejus

*ANALYSEOS GASSENDI DE LULLIANA ARTE*

*Analysis.*

**G**assendus t. 1. Philos. Lib. unico de Log. cap. 8. ait: „Cæterùm trecenti & amplius sunt anni, ex quo Raymundus Lullius novam quædam Logicam cudit. Intelli-

praxi in millenis Libris Lullianis eruere valuissem. At, post tædiosum laborem in perlustratione omnium typographiarum, & in scrutinio omnium Salmanticensium Bibliothecarum à me insumptum, inventus fuit tandiù desideratus & concupiscenti animo quæsitus Petrus Gassendus in unicâ duntaxat Majoris Collegii Conchensis Bibliothecâ, ex cujus Gassendi viridario, pro remuneratione tanti tædii & laboris, subsequenter potui evelere rapam.

Unde valde mirabile est; Gassendum non esse passim obvium in tot insignibus Salmanticæ Bibliothecis, cum ad ipsum noster Antillulista nos remittat propter raritatem Lullianorum Scriptorum à se (ut putat) intellectam! Mirum tamen non erit, si ipse, sicut intellexit Lullianorum raritatem; intellexerit Scriptorum Gassendi in Bibliothecis frequentiam. Sit igitur

„go autem non eam, quam  
 „ conscripsit, inscripsitque *Logicam novam*, quippe ea nihil novi, diverse habet ab  
 „ eâ, quæ jam tunc in Scholis  
 „ Aristoreleis erat usui; verum,  
 „ quam

33 quam ipse Artem Magnam,  
 34 quamque ut Magnæ Epito-  
 35 men Artem parvam indigita-  
 36 vit, utraque nempe Ars quæ-  
 37 dam est differendi, seu inqui-  
 38 rendi, respondendique de  
 39 omnibus rebus; unde &  
 40 quod omnes tribuunt Logi-  
 41 cæ, (si ita sit, cum certò sciatur  
 42 contrarium, nam Logica solùm  
 43 tractat de ente intra Animam,  
 44 sive de secundis intentionibus,  
 45 & Ars hæc tractat etiam de en-  
 46 te extra Animam, sive de pri-  
 47 mis intentionibus, & ultra)  
 48 ipse dixit Scientiam genera-  
 49 lem ad omnes Scientias, ac  
 50 rursus, per hanc Scientiam,  
 51 inquit, possunt aliæ Scientiæ  
 52 perfacile acquiri. (Quod per  
 53 tuam Logicam hucusque nec  
 54 factum, nec factibile videtur)  
 55 Quo eodem sensu, cum conf-  
 56 tet ejus Cabbalam, cabbala-  
 57 sticæve scientiam nihil aliud  
 58 esse quàm utramque hanc  
 59 Artem (nec enim aliud quid-  
 60 quam continet) habet ipse  
 61 illam ut Sapientiam omnium  
 62 aliarum Scientiarum longè  
 63 valde regulatricem; quod  
 64 rursus Logicæ est proprium.  
 65 Hucusque Gassendus

Intelligens pro nova Lo-  
 gica Lulliana Artem Magnam  
 & Parvam, & non illam, quam  
 B. Author intitulavit *Logicam*

novam, & rationem differen-  
 tiæ assignans ait: *Quippe ea*  
 (Logica nova) *nihil novi, di-*  
*versive habet ab eâ, quæ jam*  
*tunc in Scholis Aristotelis erat*  
*usui.* Unde inferitur: ergo si  
 per hoc Logica nova est indis-  
 tincta à Logicâ Aristotelis, &  
 distincta ab Arte, hæc Ars ali-  
 quid novi; diversive continet  
 ab utraque Logica; aliter Gas-  
 sendi ratio nihil est. Notatis  
 verbis, signetur mysterium.  
 Prosequitur Gassendus: *Unde*  
*☉, quod omnes tribuunt Lo-*  
*gica, ipse (Lullus) dixit Scien-*  
*tiam generalem ☉c.* Et tandem:  
*Habet ipse (Lullus) illam ut*  
*sapientiam omnium aliarum*  
*scietiarum longè valde regula-*  
*tricem; quod rursus Logica est*  
*proprium.* Unde quæro, quid  
 novi invenit Gassendus in Arte  
 hac, ut intelligat ipsam distinc-  
 tam à Logica nova Lulliana,  
 & à veteri Aristotelicâ? Certè  
 nil, ut ex ejus sententia patet;  
 & sic à primo usque ad ulti-  
 mum sibi ipsi contradicit, quod  
 non fecisset, si una vice clarè  
 & distinctè dixisset, hanc Ar-  
 tem non esse, nisi quamdam  
*novam speciem Logica*, ut dixit  
 supra noster Antilullista, asse-  
 rens postea, ipsam Artem ali-  
 quid Meraphysicæ continere;  
 sicque Magister, & Discipulus,

in habitu Lullianæ Artis discrepant; Magister enim Gassendus ipsam habitu novitatis spoliat, quo Discipulus ejus ipsam induit; at ambo pari passu contradictionis in stadio currunt.

Unde ad dictum Gassendi de Logica nova Lulliana, quod scilicet nil novi contineat a Logica Aristotelis; breviter dicitur, in ipsa tradi Demonstrationem per *Equiparantiam* Aristoteli penitus incognitam, qua facillimè per *Æqualitatem* *Attributorum* Dei demonstratur, mundū non potuisse esse ab æterno; quia, sicut Deus per suam Immensitatem infinitè & necessariò debet excedere omnem magnitudinem, quæ non est Deus, ita æqualitèr per suam *Æternitatem* debet excedere omnem durationem, quæ non est Deus; in ipsa etiam demonstratur necessitas productionis in Deo in *Æternitate*, & de Natura ipsius *Æternitatis*. Videantur supradieta de Logica Lulliana.

Ad reliquum Gassendi, quod reducitur ad id, quod Ars Lulliana, quocumque vocetur nomine, non sit nisi Logica; præter id, quod supra responsum est; dicitur, Logicam esse *specialem Scientiam*,

sive *Artem*; aliter non distingueretur specie à Philosophia, Metaphysicâ, Theologiâ, Musicâ &c., & Lullianam *Artem* esse *Scientiam* generalem ad omnes *speciales Scientias* & *Artes*, ut supra est demonstratum, & patet in *Libris Lullianis*; sicque est plusquàm Logica, sicut animal, quia est genus ad omnes suas species, est plusquàm gallus, quia etiam est Leo, Aquila &c.; & sicut gallus non est nisi gallus sub genere animalis, ita Logica non est nisi Logica sub genere *Artis* & *Scientiæ Lullianæ*. Verum quidem est Logicam Lullianam etiam respectivè esse universalem & generalem, cum se extendat ad omnem *Scientiam* demonstrando, sicut Rhetorica persuadendo, Grammatica significando, &c., quod, Deo dante, in secunda Parte in revelatione mysterii Rotæ in medio Rotæ, & Scalæ intra Rotam exemplificabitur.

Pergit inde Gassendus ad analysin dicens: „Itaque, cum hæc (Ars) etiam nunc apud „plerosque commendetur, nec „prætereunda intacta videatur, sciendum est ipsam à „suo Auctore dividi in partes „tredecim, quæ compendiosè „sint attingendæ. Et pars quidem

dem prima est de Alphabeto.  
 „ Delegit nempe ille (Lul-  
 „ lus) novem literas, ut putà B.  
 „ C. D. E. F. G. H. I. K. , ac  
 „ sub ipsis disposuit senos or-  
 „ dines nonuplicium quarum-  
 „ dam rerum. In primo enim  
 „ continentur novem prædica-  
 „ ta absoluta, quæ sunt Boni-  
 „ tas, Magnitudo, Duratio,  
 „ Potestas, Sapientia, Volun-  
 „ tas, Virtus, Veritas, Gloria.  
 „ In secundo 9. relativa; Scilicet  
 „ Differentia, Concordantia,  
 „ Contrarietas, Principium,  
 „ Medium, Finis, Majoritas,  
 „ Æqualitas, Minoritas. Utra-  
 „ que hæc attributa vocat  
 „ etiam principia ac generalif-  
 „ sima, ideò habet, quòd cæ-  
 „ tera omnia in iis continen-  
 „ tur. In tertio sunt 9. quæs-  
 „ tiones, nisi quòd nonam du-  
 „ plicem facit, ut possint decem  
 „ proinde haberi, (cum bona  
 „ venia, ita non est, nam nonã,  
 „ & decimam Regulam, unam  
 „ facit, ne excedant numerum  
 „ novem litterarum), ad quas  
 „ cætera omnes referantur, vi-  
 „ delicet, Utrum, Quid, De  
 „ quo, Quare, Quantum, Qua-  
 „ lè, Quando, Ubi, Quomodo  
 „ & Cumquo? Hæcæ quæstio-  
 „ nes, regulas deinceps fre-  
 „ quentiùs appellat; (& ratio  
 „ hujus appellationis supra ma-

net explicata, & melius in tex-  
 tu Authoris), & postremam  
 „ quidem, quòd gemina sit,  
 „ Regulam modalitatis, & re-  
 „ gulam instrumentalitatis.

In quarto, 9. subjecta, ni-  
 mirum Deus, Angelus, Cælum,  
 Homo, Imaginativa, Sensiti-  
 va, Vegetativa, Elementati-  
 va, Instrumentativa. Sunt ve-  
 „ rò hæc etiam subjecta ge-  
 „ neralissima, quòd omnia  
 „ quæ in mundo sunt complec-  
 „ tantur. In quinto, 9. Virtu-  
 „ tes, Justitia, Prudentia, For-  
 „ titudo, Temperantia, Fides,  
 „ Spes, Charitas, Patientia,  
 „ Pietas. In sexto, 9. Vitia,  
 „ avaritia, gula, luxuria, su-  
 „ perbia, acedia, invidia, ira,  
 „ mendacium, inconstantia.  
 „ Hi duo ordines sunt minùs  
 „ præcipui, & quasi appendi-  
 „ ces subjecti instrumentalivi.  
 (iterum cum bona venia, isti  
 duo ordines non sunt quasi ap-  
 pendices; sunt enim de essentia-  
 li necessitate hujus Artis, ita  
 ut sinè utroque, vel sinè alte-  
 ro ipsa ars esset defectiva, præ-  
 fertim in Theologia morali, &  
 consequenter in Mystica, &  
 tandem in sua universalitate  
 integrali; quia in ipsa Arte,  
 qui tangit unum, tangit omnia  
 per concordantiam, vel per  
 contrarietatem.)

Talis est Gassendi analysi, vel potiùs relatio analyseos exactiùs traditæ ab Authore, quoad primam partem Artis Lullianæ; cum hac tamen differentia, quòd Author clariùs & propriùs ipsas explicat partes; Gassendus autem intendens lucernâ solem illuminare, confusas hinc inde ei suæ imaginationis nubes opponit; v. g. in explicatione Figuræ T. compactæ ex tribus triangulis, & ordinatè ab Authore explicatæ, Gassendus primum triangulum explicat, & abrupto ordine ad tertii explicationem pertransit, & de tertio ad secundum; & quod mirabile est in Matheseos Professore, est mutatio termini *angulus* in terminum *cuspis*, quasi triangulus Lullianæ Matheseos non intraret in Artem, nisi sit tricuspis; similiter mutat terminum *camera* in terminum *cellula*, *explicitè* in *explicatè*, *principium* in *predicatum*, quasi principium non esset indifferens ad subijci & predicari.

Et sic aliarum partium explicationem prosequitur, quas hic enarrare, prout apud Gassendū, nimis tediosum longum & confusum esset, & confusio immerito ipsi Arti & Authori tri-

bueretur, quod ita non est; nam Author omnes ponit Figuras & Tabulas cum suis explicationibus ita perspicuis, ut ex sola illarum ichnographia, intellectus per sensum, & imaginationem magis, quàm ex tota Gassendi relatione, percipiat. Sicut, si aliquis humani corporis figuram numquam vidisset, ipsius tamen descriptionem audisset, magis ex illius intuitionem, quàm ex auditâ descriptione perciperet: unde Gassendi descriptio sine Figurarum & Tabularum ichnographia, non potest confusio nem non generare; analysi verò, siue Lullianæ Artis explicatio, prout fit ab Authore cum suis Figuris, & Tabulis, admirabilem visui claritatem, & hoc mediante, imaginationi, & de hac, intellectui communicat. Hoc patet in Tabula Sapientiæ supra positâ de 16. Principiis Lullianæ Artis; quis enim quæso possit percipere multiplicationem tot millenarum conditionum ab ipsis Principiis emanantium, non visâ Tabulæ structura? & quis possit memoriter illas tenere non observato ordine ibi descripto? Ponatur igitur brevitatibus causâ exemplum in hac sola prima parte, pro ut ab Au-  
tho-

thore in ipſo textu Artis bre-

vis, exhibitur.

B. RAYMUNDI TEXTUS.

**A**lphabetum ponimus in hac Arte, ut per ipsum possimus facere Figuras, & miscere Principia, & Regulas ad investigandum veritatem. Nam per unam litteram habentem multa significata, intellectus

est magis generalis ad recipiendum multa significata, & etiam ad faciendum scientiam. Et ipsum quidem Alphabetum corde tenens oportet scire; aliter enim Artista Arte ista non poterit bene uti.

ALPHABETUM.

|    |          |             |         |              |            |            |
|----|----------|-------------|---------|--------------|------------|------------|
|    | 1        | 2           | 3       | 4            | 5          | 6          |
| B. | Bonitas  | Differentia | Utrum   | Deus         | Justitia   | Avaritia   |
| C. | Magnit.  | Cōcordātia  | Quid    | Angelus      | Prudentia  | Gula       |
| D. | Duratio  | Cōtrarietas | De quo  | Coelum       | Fortitudo  | Luxuria    |
| E. | Potestas | Principium  | Quare   | Homo         | Tēperantia | Superbia   |
| F. | Sapiētia | Medium      | Quantum | Imaginativ.  | Fides      | Acedia     |
| G. | Volūtas  | Finis       | Quale   | Sensitiva    | Spes       | Invidia    |
| H. | Virtus   | Majoritas   | Quando  | Vegetativa   | Charitas   | Ira        |
| I. | Veritas  | Æqualitas   | Ubi     | Elemētativ.  | Patientia  | Mendaciū   |
| K. | Gloria   | Minoritas   | Quomodo | & Instrumen- | Pietas     | Inconstan- |
|    |          |             | Cum quo | tativa.      |            | tia.       |

En Alphabetum, quod est: *Primordiale Artis fundamentum virtualiter omnium dicendorum de Arte & ex Arte contentivum.* Quis igitur non melius & facilius capiet ipsum ex sola intuitione hujus Tabulæ, quam ex relatione & descriptione Gassendi? Imò & citius memoriter totum retinebit, si singulos ordines singillatim addiscat. Similiter Il. Doctor in aliarum partium explicatione efficit. Ubi debent advertere Artista, Figuras A. & T. in variis Artis brevis impressi-

bus positas, rectè depictas non esse; quia litteræ alphabetales in supremo circulo positæ, debent in infimo & magis prope centrum collocari, cum sint terminis universaliores, quod jam manet correctum in nova impressione Moguntina. Unde, quicumque voluerit Lullianæ Artis succinctam habere notitiam, relictis cisternis, quæ corruptas continent aquas, adeat fontem aquarum viventium ipsum Doctorem Illuminatum in quadrifariâ Artis brevis impressione in Bibliothecis

frequentissimæ; & , si diffi-  
 ciliorem explicationem deside-  
 ret , Artem Magnam consu-  
 lat , Generalem ultimam , &  
 alias in Opere magno con-  
 tentas ; nam explicatio Ar-  
 tis brevis , de qua hic Gas-  
 sendus , non est explicationis  
 Artis universalis millesima  
 pars , ut clarissimè omnes Li-  
 bri Lulliani , & Revelatio  
 secretorum ipsius Artis pri-  
 mo Tomo præfixa , decla-  
 rant.

Tandem Gassendus , fini-  
 tâ sua relatione analytico Lul-  
 lianæ Artis exactius , proprius  
 & clarius jam exhibitæ à suo  
 Authore , pertransit ad Caput  
 9. Log. Rami sic incipiens :  
 „ Cùm propter Artem Lullii,  
 „ quæ Logica & intricatior,  
 „ & vanior esse videretur , ni-  
 „ hil innovatum foret in Scho-  
 „ lis , sed perstaretur semper  
 „ in iisdem , de quibus dictum  
 „ est , nugamentis ; ( de his  
 „ non est meum disputare ) ,  
 „ anni sunt ducenti , ex quo  
 „ Laurentius Valla , conscrip-  
 „ tis tribus Dialecticarum dis-  
 „ putationum Libris , licere  
 „ ostendit ab Aristotele dissen-  
 „ tire. Hucusque Gassendus  
 „ vocans nugamenta , quæ suam  
 „ præcesserant Logicam , (videat-  
 „ tur series Authorum , qui an-

te ipsum scripserunt de Logi-  
 ca in principio Capitis 8. ) ut  
 serietatem ipsius suæ Logicæ  
 tunc nascentis mundo magis  
 recomendabilem redderet.

At meum esset disputa-  
 re cum ipso , si adhuc ageret  
 in vivis : quare Ars Lullii *Lo-  
 gica intricatior , & vanior  
 esse videretur* ? & libenter hoc  
 aggrederer , nisi jam satis dis-  
 putatum cum Discipulo ma-  
 neret , qui talis Magistri ves-  
 tigia sectans asserit , ipsam Ar-  
 tem non esse , nisi novam Lo-  
 gicæ speciem , & omninò vanam  
 & inutilem ad finem ab  
 Authore præfixum ; ideò , nè  
 actum iterum agam , supra  
 dicta in hoc puncto videantur.  
 Necnon Lullistæ de vani-  
 tate , intricate , & in-  
 utilitate Artis consolemur  
 cum tot aliis , & tam Insigni-  
 bus Authoribus , quorum  
 Logicales Tractatus non veri-  
 ritus est Gassendus nugamen-  
 ta vocitare ; imò & gaudeamus  
 , Artem nostri Illuminati  
 Doctoris à tali Oratore non  
 laudari. Unde , cùm ex præ-  
 dictis sit evidenter demonst-  
 ratum , scripta B. Raymundi  
 esse frequentissima , Gas-  
 sendi verò rarissima ; utilius  
 nostrum rogamus Antilullif-  
 tam , nè iterum , pro exacta  
 Lul-



Lullianæ Artis Analyfi, quemquam velit ad talem Authorem remittere; imò, si ipse cupiat verè Criticus saluari, caveat, juxta consilium D. Chrysofomi, à sequenda simpliciter aliorum opinione, & adiens ipsum Il. Doctorem, introspeciat per

PIA ANTILULLISTÆ EXCUSATIO.

**S**ICUT necessitas hucusque compulit ad justam defensionem B. Doctoris, & maximæ utilitatis Artis & Doctrinæ ejus cœlitus acceptæ, objectis satisfieri; ita Charitas, humilis devotio, & gratitudo, quibus nostra Seraphica Religio, Benedictinæ semper se profitetur summo amore, subjectione, & sub tributo devinctam, utpotè sub ejusdem uteri sacro tegmine orbata, & ad ejus ubera accrescens; me compellit obsectoris oblocutionem, juxta omnem possibilem licentiam excusare. Nam vix possum mihi persuadere, tantum Virum in omnifaria scientia & eruditione pollentem, valuisse ferio, quæ dicta sunt in palam proferre; quare arbitratus sum, ipsum sapienti sagacitate sonatum Lullista-

secundam Regulam *Quid*, quid ipse sit in se, & quid habeat in se, quid sit in alio, & quid habeat in alio? & quid obsonii in pera suæ Artis contineatur? & abs dubio meliora charismata emulabitur.

rum ingenia vexare ad expiscandam clariorem veritatis intelligentiam; quod, si ita est, ut piè puto, libentè spondeo, me divinæ Artis secreta, quæ sinè fictione tantisper didici, sinè invidia ipsi communicaturum, ut unanimes pro principali fine ipsius Artis ad majorem Dei gloriam, & universalem Animarum salutem laboremus. Si tamen suæ Reverendissimæ Paternitati placeat veritatem cum argummentis expiscari, non dubito, quin ipsi adhuc fortiora prædictis supersint, uti sequens, quod ideo fini hujus Partis reservatum est, quia omnium fortissimum esse videretur, & est tenoris, qui sequitur.



## CAPUT. V.

## DE ARGUMENTO OMNIUM

*fortissimo.*

I **E** Ms. S. R. Eccles. Cardinalis Lambertinus Tomo 1. de Beat. cap. 40. n. 4. Scribens ut Doctor particularis de examine Cultus Doctoris II. ait: „ Sequitur examen cultus erga Raymundum Lullum: nam Arcturus utique in Martyrologio Franciscano ad diem 29. Julii Martyrium ob Fidei Christianæ prædicationem Raymundo ipsi à Saracenis inflic- tum, ejus corporis delationem ad Insulas Baleares, & demùm cultum, qui pia fidelium veneratione Majoricæ eidem exhibetur, commemorat; sed, ut bene pendatur, an inter Beatos Raymundus Lullus sit recensendus, satis profectò non est publici cultus antiquitatem demonstrare, necnon scientiam, & tolerantiam Episcoporum: quia sanè hæc, & similia sufficerent, nisi suspicio legitima haberetur de sensu Sedis Apostolicæ porius adverso, quam favorabili cultui prædicto; secus vero nequaquam,

2 „ Extat nempe Gregorius XI. Solemne judicium de Libris à Raymundo Lullo conscriptis, & de notâ erroris, & hæresis manifestæ, qua ducenti eorundem articuli damnati sunt, quemadmodum videri potest apud Nicolaum Eimericum in Directorio Inquisitorum 2. p. q. 9., & q. 26., ubi Bullam Gregorii intersevit.

3 „ Afferere autem Gregorianum Diploma fuisse à prædicto Eimerico confictum, vel errores cujusdem Raymundi Lulli de Tarraga ab eodem Gregorio XI. condemnatos, fuisse Raymundo Lullo, de quo nunc est questio, falso adscriptos, ut pluribus prosequitur Theophilus Raynaudus in Opere de bonis, & malis Libris t. II. p. 1. Erotem. 10. n. 246. nulla verosimilitudine niti videtur.

4 „ Primò enim Eimericus fuit Vir gravis, & egregiè de Religione Catholica meritus, ita ut temerarium omni-

5, nino sit; ejusmodi Viro im-  
 5, pingere Bullæ Pontificiæ fic-  
 5, tionem, quemadmodum op-  
 5, timè adnotavit Raynaldus  
 5, ad annum Christi 1372. sub  
 5, num. 35. præsertim verò,  
 5, cum idem Eimericus Inqui-  
 5, sitoris munere tunc tempo-  
 5, ris fungeretur; ex ejus rela-  
 5, tione Librorum judicium  
 5, Pontifex assumpserit, nec-  
 5, non, proscriptis erroribus,  
 5, Libellum adversus eisdem  
 5, ille composuerit Cardinali  
 5, Sancti Angeli oblatum, at-  
 5, que hujus ope Clementi VII.  
 5, Antipapæ relatum, sicuti col-  
 5, ligitur ex Codice Bibliothecæ  
 5, Colbertinæ in Notis Ba-  
 5, lucii ad vitas Papparum Avi-  
 5, nionensium pag. III5.  
 5, 5, Deinde, utcumque  
 5, sit, utrùm Gregoriana Bulla  
 5, in Pontificiis Regestis nunc  
 5, adsit, necnè, hoc unum cer-  
 5, tum esse videtur, posito etiam  
 5, defectu Bullæ in Regestis,  
 5, validum desumi non posse ar-  
 5, gumentum pro ejus simula-  
 5, tione, & confictione; quan-  
 5, do causa probabilis suppe-  
 5, tit perditionis ejusdem; quæ  
 5, verò in hypothesi nostra mi-  
 5, nimè decet, cum Bulla, de  
 5, qua nunc agimus, edita fue-  
 5, rit anno 6. Pontificatus Gre-  
 5, gorii XI.; Regestum autem

5, hujusce anni deperditum  
 5, Hercle fuerit, occasione  
 5, translationis Sedis Aposto-  
 5, licæ à Civitate Avinionen-  
 5, si ad Urbem eodem tempo-  
 5, re factæ, veluti animadver-  
 5, tit Graveson in Historia Ec-  
 5, clesiastica t. 5. Colloq. 3.

6, 6, Item, quando pro ve-  
 5, ritate Bullæ validissima ha-  
 5, bentur adminicula; atque  
 5, hæc pariter eâ super re non  
 5, deficiunt, cum & exemplar  
 5, authenticum reperiatur in  
 5, Ordinis Prædicatorum Ro-  
 5, mano Archivo, & autogra-  
 5, phum Gerundæ asservetur,  
 5, & Gregoriana ipsa Constitu-  
 5, tio in Archivis Barcinonis,  
 5, Tarraconis, & Valentia an-  
 5, no Domini 1376., quo sci-  
 5, licet lata est, fuerit adscrip-  
 5, ta, quibus quidem sine ulla  
 5, dubitatione probatur mini-  
 5, mè confictam fuisse: confic-  
 5, tam quippe Antislites tam  
 5, celebrium Civitatum inter  
 5, monumenta suarum Eccle-  
 5, siarum servate passim non fuis-  
 5, sent juxta ea, quæ ad rem  
 5, solidè deducuntur ab erudi-  
 5, to Viro Fratre Antonio Bre-  
 5, mond Ordinis Prædicatorum  
 5, t. 2. Bullarii suæ Religionis  
 5, in Notis ad Gregorianam  
 5, Constitutionem ibi prout ja-  
 5, cet, plene relatum.

7 „ Demum, si Raymun-  
 5, dus de Tarraga, & Ray-  
 „ mundus Lullus bene in Apof-  
 „ tolicis Constitutionibus invi-  
 „ cẽm distinguuntur; Ray-  
 „ mundus etenim de Tarraga  
 „ de Judaismo ad Christianam  
 „ Fidem conversus nomen de-  
 „ dit Religioni Fratrum Præ-  
 „ dicatorum, tum propter non-  
 „ nulla capita hæresim sapien-  
 „ tia carceribus Barcinonen-  
 „ sīs Inquisitionis mancipatus  
 „ anno 1. Gregorii Papæ XI.  
 „ hoc est anno 1371. Luit  
 „ pœnas errorum, non quos  
 „ scripserat, sed quos publica-  
 „ verat, & prædicaverat -- pu-  
 „ blicè tenet, asserit, & præ-  
 „ dicat doctrina sua sacrile-  
 „ ga... constructo adversus eum  
 „ processu à Nicolao Eimeri-  
 „ co Inquisitore in Provinciis  
 „ Tarraconensi, & Cæsaraug-  
 „ gustana, atque ab Archiepis-  
 „ copo Tarrac. ; dum alter  
 „ Raymundus, qui Lullus ap-  
 „ pellatur (quæ certè appella-  
 „ tio in Diplomatis Pontifi-  
 „ ciis numquam alteri tribui-  
 „ tur Raymundo, qui semper  
 „ de Tarraga denominatur)  
 „ Civis fuit Majoricensis, &  
 „ multos Libros conscripsit...  
 „ Se in Regnis eisdem invenisse  
 „ volumina diversorum Li-  
 „ brorum in vulgari Scripto-

rum à quodam Raymundo  
 „ Lullo cive Majoricarum edi-  
 „ torum, in quibus, ut ipsi  
 „ Inquisitori videbatur, multi  
 „ continebantur errores & hæ-  
 „ reses manifestæ... nec um-  
 „ quam carceribus devinctus,  
 „ Librorum tamen, & erro-  
 „ rum suorum damnationem  
 „ tulit, editâ anno 1376. à  
 „ Gregorio XI. Constitutione  
 „ post Librorum examen fac-  
 „ tum à Nicolao Eimerico, &  
 „ subsequenter resumptum à  
 „ Petro Cardinali Hostiensi,  
 „ & plusquam 20. Magistris in  
 „ Sacra Theologia, ut eviden-  
 „ ter deprehenditur ex Consti-  
 „ tutionibus Pontificiis in 2.  
 „ tomo citati Bullarii Ordinis  
 „ Prædicatorum pag. 268. pag.  
 „ 270. & pag. 289. unicuique  
 „ facile patet, percipi nedum  
 „ non posse, quòd Gregoria-  
 „ na Constitutio fuerit confic-  
 „ ta, verum etiam, quòd erro-  
 „ res Raymundi de Tarraga  
 „ Raymundo Lullo fuerint ad-  
 „ cripti: & eò magis, quia  
 „ tum facuio 16. tum initio  
 „ sæculi 17. notum est, quid  
 „ definitum fuerit in Sacra  
 „ Congregatione Indicis, at-  
 „ que in Congregatione Sanc-  
 „ tissimæ Inquisitionis habitæ  
 „ coràm Summo Pontifice Pau-  
 „ lo Papa V. de Operibus Ray-  
 „ mund-

3, mundi Lulli, teste Card. Albitio in suo Tractatu de inconstantia in Fide c. 40. à n. 143. ad n. 142. , ubi omnia tunc gesta exponit.

8 Scio quidem, inter eruditos varium esse judicium de Sanctitate Lulli; pro eâ quippe strenuè pugnât Antonius Belver Canonic. Majoricen. in Apolog. Lulli, Joan. Segui in ejus Vita, Salettes t. 2. de SS. Inquisitione, Waddingus in Annal. Minorum t. 3. , atque erudit. P. Joan. Bap. Sollerius continuator Operis Bolandiani ad diem 30. Junii; contra eam autē scribunt Bzovius in Annal. , & Echard de Scriptoribus Ord. Prædicat. t. 1. , Eimericus in Directorio Inquisit., Jacobus Galterius in Tabula Chronog. sæculi 13. c. 5. Graveson in sua Historia Eccl.: sed rationes hinc, & hinc adductæ efficere saltē debent, ut unusquisque prudens, & Sedi Apostolicæ obsequens de Raymundi Lulli sanctitate judicium suspendat, usquequò Sedes eadem Apostol. decernat quid sentiendum sit, sicut ipse etiam Waddingus in Annal. t. 3. ad an. 1315. n. 2. libenter admittit.

9 Quamobrem meritò Petrus Franciscus de Rubeis egregius olim Fidei promotor

Patri Provinciali Belgii Ord. Prædicat. qui quæsierat, an dictus Raymundus pro Sancto & Martyre haberi posset, respondit, eum nec posse dici, nec haberi pro Sancto, aut Martyre, veluti ex ejus suffragio colligitur typis impresso apud Cardin. Albitium loco citato n. 43. & sequentibus. In quo proinde rerum themate, quidquid sit de Cultu, atque ejus antiquitate unà cum Episcoporum Majoricen. tolerantia, numquam fortè dimissâ majorum timore malorum, memoratus Raymundus Lullus inter Beatificatos recēseri non potest. Hucusque Ems. Card. Lambertinus, ut Doctor particularis ex suppositione, et subministratis notitiis, ut per se patet, sapientissimè & eruditissimè scripsit.

*HUMILLIMA SATISFACT.*

SI prædicti Argumenti alius esset Author, ad præcedentem remitteretur solutionem, qua bene inspectâ, maneret plenariè satisfactus; at, quia adversarii in hac re minus instructi possent ipso Argumento famam sanctitatis & Doctrinæ Lullianæ acriter impugnare, adhuc necessaria est abundantior satisfactio cum Dei auxilio exhibenda, & cum omni debito timore, humilitate & reve-

rētia possibili; imò & cum hac casta sana vera & Catholica protestatione, quòd, si ea, quæ tunc Ems. Lambertinus, ut Doctor particularis Scripsit, dignaretur nunc, ut Doctor universalis Benedictus XIV. feliciter tenens totius Ecclesiæ gubernaculum, quem Deus beet in terra & in cęlo; confirmare, discernens ex Cathedra sanctitatem Il. Doct. & Martyris esse nullam, ejusque Doctrinam esse erroneam & hæreticam; ego essem primus, qui codices, & Libros Lullianos ignis devorationi mandarem, illiusque famam ut odibilem detestarer. Et hanc meam obligationem didici ab eodem Il. Doc. millenis in subjectionibus, quibus ipse omnia sua subjicit scripta indefectibili S. R. Ec. correctioni, & in Libro de *Benedicta tu*, postquam demonstravit Immaculatam Bmæ V. Mariæ Conceptionem, in fine I. partis ait: *At; Domina mea, ignosce mihi, nã si Ecclesia militans declararet contrarium hujus, in quo, te à me laudatam intelligo, ego credo, quod ipsa credit, ut filius ejus, & de hoc, & de omni, quod dicitur in tui laudem & Filii tui Jesu, &c.*

Et defensio hujus Mysterii fuit seminarium, unde tot ipsi

adversitates provenēre, ut supra. Unde rogo omnes adversarios, ut recta intentione ( si fas est ) instēt in *contra*, & amicos, ut instent in *pro* in Curia Rom. quia nunc videtur tempus esse oportunius, & nil fortius desiderat Anima mea, quā veritatem. His præsuppositis, Argumento satisfacere conabor, in nullo meum fallibile sequens judicium, sed gravissimorum Authorum, rationum pondere, instrumentorumque stabilitate sussultus; & ut clariùs procedatur, singulis novè punctorum, in quæ ipsum Argumentum est partitum ordinatim satisfiet.

PUNCTUM I.

**A**D I. igitur: videtur, Em. Lambertinum incepisse ex bona fide Eimerico piè exhibitā, quæ fides, si persistere potuisset, verum esset, Ecclesię sensum potiùs fuisse adversum, quàm Lulliano Cultui favorabilem; at, quia Eimericana fides fuit omninò evacuata per successorem ipsius Inquisitorē Dominicanum in duplici sententia contra ipsum Eimericum, & erga sanctitatem, & Doctrinā Il. Doctoris Authoritate Apostolica legitimè latā; ideo sensus Ecclesiæ tūc temporis jam fuit magis favorabilis immunitati Cul-

Cultus sanctitatis, & Doctrinæ Lullianæ; quia Sententia diffinitiva, per quam fuere annullata omnia attentata per Eimericum, & quoscumque alios contra Il. Doctorem, fuit lata (ut præfertur) Autoritate Sedis Apost. in judicio solemnī, & omni jure servato, ut diffusè constat ex Authentico Instrumento supraposito pag. 27., & cum justitia omnino requirat, quod legitime damnatus per sententiam, nullum favorem, nec vindicatus aliquod suæ innocentia nocementū reporter; idèo justus Ecclesiæ sensus erga Lullianum Cultum, & ipse Cultus, occasione hujus controversiæ firmiori in robore permansere. Deinde non parum Eimericam evacuant fidem Literæ Joannis I. Aragonum Regis contra ipsum Eimericum emanatæ, ut sequitur.

Joannes Dei gratiâ Rex Aragonum, Valentia, Majoric, Sardinia, Corsicæ, Comesque Barchin., Rossilionis, & Ceritania dilectis & fidelibus nostris cuiusque. Post Nostrī à terris cismarinis recessum, residenti in Governatorem aut Locumtenentem generalem Regnorum, & terrarum nostrarum, ac universis & singulis Officialibus & subditis nostris ubilibet cõstitu-

tis, ac ipsorum Officialium loca tenentibus; & aliis, ad quos infra pertinere noscantur salutē, & dilectionem. Vobis notum facimus per presentes, quod Nos dudum cõtra illum hominem pestilentem Fratrem Nicolaum Eymerici Nostrī, & nostrorum subditorum publicum inimicum, suis detestationibus, & depravatis actibus exigentibus, provisiones fecimus subsequentes.

Joannes Dei gratiâ Rex Aragonum, &c. Universis, & singulis Prælati & Ecclesiasticis personis, Comitibus, Vicecomitibus, nobilibus, militibus & generosis, cæterisque privatis personis cujusvis gradus & conditionis existant, nec non quibuscumque officialibus nostris ubilibet constitutis, ac loca tenentibus eorundem, ad quos pervenerint, salutē & dilectionem. Culpis gravibus contra nostram Regiam Majestatem, & quod multo magis nos aggravat, in Divinam commissis, per illum nequam hominem Fr. Nicolaum Eymerici de Ordine Prædicat. colore Officii Inquisitionis hereticæ pravitatis, cui nunc usque in Regnis & terris nostris damnatissimè præfuit multipliciter exigentibus, quas pronunc ex quadam urbanitatis

modestia, & nè ipsius licet pessimi, verumtamen naturalis Imperii nostri, unde omnes appetimus tam in fama, quàm in moribus esse cæteris meliores, reanimis infamia sugillatum in aures veniat populorum, omittimus, eundem Fr. Nicolaum nostræ Reverentiæ & honori, ac etiam Fidei orthodoxæ suspectum nostrum, quoque & nostrarum gentium notorium inimicum præsentis & alterius nostræ sibi directæ patentis Literæ seriè universis vobis & singulis nunciamus vobis aut nostris officialibus, & vestram cuilibet injungentes expressè sub poenâ corporum & bonorum quatenus Literam ipsam ille ex vobis, cui prius præsentabitur, præsentet eidem, & ex tunc lapsò termino decem dierum à præsentatione ipsius Literæ computandorum, infra quæ ab omnibus Regnis & terris nostris eum exire jubemus, ubicumque infra commissos vobis districtiùs, ipsum iniquitatis filium, imò potiùs venenosam viperam reperire poteritis, capiatis & sub vinculis, fidesque custodibus destinatis ad nos, ut tot malorum defleat penas dignas. Ubi autem fortè in aliqua Baronia sit, aut fuerit receptatus, receptatores quivis fuerint re-

quiratis cū publico iustrumēto, ut ipsum scandalosum hominem vobis tradant, vel saltem effectualiter à suis mox terminis favoribusque repellant, & si hoc facere non curaverint, quod non credimus, procedatis contra eos, & alios inobedientes sic fortiter tam per receptiones potestatum eorum, quæ pro nobis tenent in feudum, quàm aliàs, quòd discant de cætero inimicos nostros persequi, non fovere. Nihilominus vos prædicti Officiales præmissa faciatis in districtibus vestris voce præconia publicari ut singulis innotescant. Dat. Valentia sub nostro sigillo secreto, 9. die Aprilis, an. subscripto 1377.

*REX JOANNES.*

*Andreas Salvator.*

Exemplum hujusmodi alieno calamo scriptum sumptum fuit à suo originali registro Serenif. Regis Joannis I. diversorum annorum MCCCXIII. & MCCCXCIV. à fol. ejusdem 97. prætitulato in Regio Archivo recondito, ac cum eodem comprobatur per me Michaelē Joannem Amat S. C. & R. Majestatis scribam mandati Archivarium Regentem Protonotarium in Principatu Catalonia per totam terram & ditionem suam



Notarium publicum Barcinon. populatum. Ut igitur eidem veluti suo Originali prædicto, in iudicio & extra fides plenissima impendatur, ego dictus Amat hic me subscribo, & meum, quo in publicis claudendis instrumentis utor signum ac ut Regens Protonotariam Regum sigillum appono.

Quidquid ad hæc conjecturaliter dixerint Eimericani, minimè facti Instrumentum labefactat; nam hoc omnibus conjecturis est præferendū. Deturque pro Eimerico, Regem fuisse finistrè à Lullistis informatum, quod dictu facillimum est; non verò facile creditu, Regem ex sola informatione, ita indignatum esse contra Eimericum, nisi aliquid intellexisset, tum per se, tum per Theologos fide dignos hac de re sufficienter instructos, qui tunc non videbantur abesse, cum Lulliana Doctrina, recte eodem Eimerico, jam ab 80. ann. per omniū manus inoffensa versaretur; & certè mirabile est Aragoniæ Prælatos ita tanto tempore cacucire, ut ex tot hæresibus Eimerico manifestis, saltem unicam nec viderint nec audierint! Quid, si Rex Cathol. congregavit & cōsultit Theologos (prout in similibus casibus fit) ita senti-

entes de Lulliana Doctrina, sicut Rmus & V. P. Hieronymus Natalis Doctor Parisien., unusque ex primoribus S. Ignatii Sociis, qui interrogatus de Doctrina Lulli, quam per biennium legerat, respondit: *Utinam vulgò homines Donum Dei scirent, & capere vellent, quàm apposita sit hæc Ars atque Scientia ad veritatem naturali Ratione tradendam sinè ambege Testium & Autoritatum.* T. 1. Operis Lulliani de Test. f. 10. Et R. P. Kirker, qui in Præf. Artis Mag. ait: *Altius tandem mihi lumè affulsit, advertique sub Principiis Lullianis... ingentia Scientiarum cimelia latere, quorum expensone Respublica mirè locupletari posset.* Qualiter igitur Rex Cathol. potuisset non indignari Viro conanti Regnum ejus Dei Dono privare, quo ejus Regnum mirè in spiritualibus, & corporalibus dirari poterat? Et, quod detestabilius est, colorato titulo Inquisitoris hæreticæ prav., quod ita esse non obscure videtur, & sinè Testium & Autoritatum ambege ab instructis in Doctrina Lulli; ipsa enim prædicat, quanta damna Ecclesiæ Dei, & mundo intulerint, qui ejus exterminium conantes, consequi nequiverunt, nisi ut pluribus non innotesceret,

ret, & sic communis utilitas retardaretur & deficeret.

Tum Eimerici evacuatur fides ex domesticorum, ejusque factorum testimonio, quibus bis privatus fuit Officio Inquisit. ; spretis enim conjecturis, scripturarum authent. certitudini adhaere, in quibus videtur, quòd Nicolaus Anton. in Bibl. vet., quam accuratè imprimi fecit Ems. Card. de Aguirre, t. 2. Lib. 9. c. 7. n. 386. ait: *Testimonio domesticorum Eimerici constans haberi debet, cum scilicet nimio, & quem vix ferrent ea tempora, zelo tractum, edusque in exercendo Inquisit. munere processisse, ut in Perpinianensibus Ordinibus, seu Provinciae suae comitiis eo decedere iussus sit.* Et ut refert Cusur. Diss. 2. c. 3. ipse Eimericus se munierat Literis Guidonis Episcop. Portuens. Legati Apostol. nè à tali Officio deponi valeret, & tamen ipsius Ordo cum potestate ad hoc ab Innocentio VI. recepta, ipsum in Capitulo privavit.

Fuit tandem requisitus Eimericus, quinam, & quales essent illi plusquam ducenti articuli, qui confusè in Bulla sive ficta, sive subreptitia an. 6. Pontificatus Gregorii XI. damnabantur? Et, cum in Directorio

Inquisit. p. 2. q. 9. dicatur ipsos articulos esse plusquam 500. in dicta Bulla jam fuere plus dimidio diminuti ad plusquam ducentos; tū ipse Eimericus in quaterno propria manu scripto, de quo infra, diminuit ipsos ad 100.; respondens, illos esse ex articulis dicta in Bulla damnatis; sicque in fine ex plusquam 500. articulis haereticilibus, centum dumtaxat in Eimerici quaterno fuere specificati; quibus examinatis, & collatis cum legitimis II. Doct. Libris, in prævio examine diligenter discusso per Judicem Sententiæ Diff. Bernardū Episc. Castell. Ordinis Prædicat. dicitur: *Videtur apertè prædictum Fr. Nicolaum Eimerici... mutasse & corrupisse verba prædicti Doctoris, & etiam mentem, quam habuit Catholicam, prout monstrat, &c.*

Item ibid. *Ipsi centum articuli comprobati cum Libris Doctoris, inveniuntur in dicto quaterno, modo per additionem, modo per abstractionem, modo per mutationem intentionis prædicti Doctoris, falso modo assumendo, seu interpretando ipsam, modo per positionem truncatā verborum dicti Catholici Doctoris, heresi, & erroribus maculatis, sed prout sunt ipsi prædicti centum*

tum articuli, in sua integra veritate, in Libris Doctoris originaliter scripti, inveniuntur veri & Catholici, & à rubigine heresis omninò alieni. Quomodò igitur Judex Dominicanus, nisi hæc, & alia sibi evidenter constarent, ausus esset sententiam judicialiter proferre contra suum fratrem spiritualem, & prædecessorem Eimericum? Et, si aliquis conjecturaliter diceret (utì solent Eimericani) inter illos fuisse inimicitias; respondet P. Diagus Ord. Præd. in Historia Prov. Arag. Lib. 1. c. 24. dicens: *Amici quidè erant, & habuerunt pacem Fr. Bernardus Ermengaudi, & Fr. Nicolaus Eimericus, licèt fuerint tam contrariæ opinionis.*

Aliis conjecturis, quibus Eimericani non reveriti sunt Dignitatem Cardinalis Alamani S. Sedis Ap. Legati, sicut & sui Delegati Episc. Bernardi maculare, ut indemnem servarent Eimericū, fufissimè satisfacit Eru- dit. Castur. Diff. 2. c. 3. per totum & ultra. Quare pro nunc satis erit scire, Eimericum fuisse primum B. Raymundi adversarium, Teste omni fide digno Francisco Peña in Comment. ad Directorium Inquisit. 2. par. q. 27.: *Quem Librum (ait) ipse Eimericus B. Raymundi Lullii Ca-*

lumniator antesignanus complavit. Unde, si transcribentibus ex aliquo calumniatore nõ debetur fides, potiori jure est neganda antesignano, qui alios errare facit. Itaque ex dictis evidenter infertur, quòd, si fides fuisset Eimerico adhibenda, nedū Ecclesiæ sensus fuisset minus favorabilis Lulliano Cultui; verùm & ipse Cultus fuisset penitus ablati, & omnes Lulliani Libri combusti; secus verò neutiquā, prout universalis experientia facti clarè demonstrat.

PUNCTUM II.

AD 2., st. quod extat Gregorii XI. solemne judicium de Libris à Raymundo Lullo conscriptis, & de notà erroris, & heresis manifesta, &c., videtur etiā hoc procedere ex bona fide Eimerici prout citatur in Directorio. Et dicitur, hoc solemne judicium consistere in illa subreptitia, vel falsà Bullà, quæ vocatur anni 6. Pontificatus Gregor. XI. posita in instrumento Sententiæ Diff., cujus radice examinata, dicitur de illa sic: *Ratione dicta subreptitia, ac obreptitia Bulla, & de falsitate evidenti nimis suspecta.* Et ipsum Directorium prædicat, ipsam nullum habere legitimum fundamentum; quia, cum Commentator Directorii Peña offerat

rat citationes originalium adnotare, unde Bullæ emanarunt, & pro aliis varia citans Archiva, pro hac dūtaxat citat quæstionem 26. 2. p. Directorii ut primum originale, quod est dicere, ipsam Bullam non habere majorem hac auctoritatem, quia non reperitur in Archivis, unde authenticè emanaverit, sed aliæ ipsius copię à Directorio posterius emanarunt. Et sic Pefia in Epist. dedic. Literis Apost. præfixâ ait: *Præterea, ut Auctoritas extravagantis perciperetur, paulò eam inferius, unde sit desumpta indicavimus.*

Unde adversæ partis fundamentū ad hoc reducitur, quòd aliquis instanter peteret in iudicio, aliquem pacificâ suæ hæreditatis possessione privari, cū instrumento, de cuius legitimitate fidem facere non posset, nec in Notarii Notis inveniretur, cuius nomine tale instrumentum producit; quis non videt, ipsum cum risu in quolibet iudicio repellendum? Verum quidem & solemne iudicium circa hoc, est Concilii Trid., cui interfuit S. Theologiæ Doct. & Can. Joan. Vileta cum Episcop. Barcin., & ut Testis ocularis huius iudicii, in notitia approbat. Operum Lulli præfixâ Arti brevi Raymundi editæ Barcin. an.

1565. ait: Sed jam tandem in Sac. æcum. Concilio Trid. omnis contentio composita est ex supracitatis & aliis quàm plurimis, in approbationem, defensionem & commendationem Divi Raymundi Lulli, & ejus omnium Operum, tamquã Catholicorum, per integrum ferè biennium à Ludovico Joan. Vileta Barcin. Theologo adductis, & diligenter examinatis per Sac. Collegium RR. Dominorum toto S. Concilio ad hos, & similes actus specialiter deputatorum, ubi interfuerunt Patriarcha Venerus, & quatuor Archiepiscopi, quatuor item Episcopi, simul cum uno Abbate, duobus Generalibus Ordinum, & quatuor Doctoribus ex omni ferè Christianitate selecti doctissimi, & religiosissimi, qui concordi sententia, 1. die septembris 1563. decreverunt, expungendam D. Raymundi Lulli quamcumque Operum improbationem ab Indicibus præsertim Pauli Pap. IV. Librorum prohib. Ubi allegatur prædicta Bulla Gregorii XI. fictitia, ex sola mentione, quæ de illa reperitur facta in *privato cujuscūq; opere*. Illud autem statutum jam post servatum videmus in Catalogo S. D. N. Papæ Pii IV.

Hujus Decreti veritatem man-

manifestat Sac. Indicis Congregatio in duabus Congregationibus suprapositis pag. 112., in quibus sic dicitur: *Decretū fuit, ut in novo Indice Lullus non reponatur, iisdem de causis, quibus deputati in Sac. Concilio Tridentino eundem Raymundum ab Indice sustulerunt.*

In quo clarè videtur, quàm parvipensa sit apud prædicta solemnia iudicia, dicta Bulla fictitia Directorio inserta; & Deus mirabiliter disposuit, id patefieri etiã per Sac. Rotæ Auditorem Peña; nam, perscrutatis per ipsum diligentè Archivis Secretis & Regestis Pontificiis ex mādato Gregorii XIII., & Sixti V. dicit in Epist. Scripta 13. Aprilis 1592. ad Secretarium Ducis de Sessa Legati Regis Cath. sic: Dixi quòd in dicta Constitutione, quæ ponebatur in Directorio, condennatoria operum Raymundi Lulli, nō poterat fieri fundamentum, quia non inveniebatur originale ipsius, & ideo opera Raymundi non poterant poni in Indice Librorum prohibitorum, sūt in effectu propter hanc rationem non fuerunt posita in Indice Sixti V. impresso & non publicato. At, cum ex duabus Constitutionibus Gregorii XI. anni 2. & 4., quæ erant certæ,

nascatur magna suspicio, quòd possint inveniri errores in illius operibus, sive dictos per ipsum Raymundum, sive insertos in illis per gentes malitiosas, & invidiosas, istud negotium manebat in illis propriis terminis, in quibus inveniebatur anno 1373. sic Peña, cujus Epistola originale Romæ in Archivo S. Isidori servatur.

Hæ duæ Bullæ, de quibus loquitur Peña, sunt Eimerici Directorio insertæ; in prima Librorum examen, in quibus ipse Eimericus hæreses contineri assererat, Archiepiscopo Tarracon. & aliis Magistris in Theologia, & Jurisperitis committitur, præcipiendo, quòd, si ita sit, omnes Libri comburantur; quod minimè factum est, quia inventi sunt veri & Catholici, ut asserit supra Inquisitor Generalis Albertinus; aliter eorum damnatio, & combustio, quæ maximum deberet strepitum excitare, non fuisset in Directorio ommissa, in quo alia huius indolis tanto studio fuere impressa; & iste est primus Lullianæ Doctrinæ triumphus, quæ satis Bulla anni 4. declarat, in qua jam non queritur, nisi unus Liber Barcinone reclusus, de quo Rex Aragoniæ Petrus scribens 7. Januarii 1377. ad Sum-

mun Pontificem, supplicat, ut examinetur ibidem: *Primò, ait Rex, quia est in idiomate Catalano, ob quod absque dubio melius intelligetur per Catalanos, quam per homines alterius nationis. Secundò, quia in Catalonia sunt plures Clerici, & Religiosi, qui in dicto opere libentè student: cum plurima in eo addiscant utilia valde, quique super ipsa examinatione poterit multa dicere, per qua veritas demonstratur, &c.* Originale Epist. reperitur in Archivo Barcin. in Regesto variarum Epist. Reg. ab. anno 1371. usque ad 1379. fol. 102.

Ex hac Epistola convincitur, Libros omnes B. Raymundi tunc temporis jam currere indemnes, uno excepto; aliter Rex non dixisset: esse plures Clericos, & Religiosos in ipso opere libentè studentes, in eoque addiscere utilia valde. Liber iste, ut omnes indicant circumstantiæ, erat Liber Philosophiæ Amoris scriptus in lingua vulgari, qui examinatus & approbatus Barcinone per Inquisitorem Dominicanum Eimerici successorem, ut constat ex prima Sententia Diffinitiva, liber & immunis ab omni Censura cucurrit; sicque duæ prædictæ Bullæ nil contra B. Ray-

mundum produxere; sed in ipso Directorio frustratum Eimerici intentum proclamant.

Quantum ad tertiam Bullam anni 6., Peña satis suum sensum declarat; nam deceptionem videns eorum, quæ sunt contra Il. Doctorem, per accuratissimam antiquorum Instrumentorum inspectionem, in citatâ Epist. post correctionem secundæ impressionis Directorii, ait: *Quantum ad auferre ex Directorio illam questionem, que tractat de hoc, ego multum desidero & procuravi idem; quoniam auferendo eam, nil diminuitur perfectionis Libri, & evitantur continua quærela plurium, & in ista impressione, quam de novo volunt facere, gauderem, quod ordinaretur mihi ablatio illius.* Et ibidem: *Postquam ego detexi hanc veritatem recuperavi majorem affectionem erga Doctrinam Raymundi Lulli.* Hucusque Peña; in quo planè videtur, ipsum, non obstante Decreto Gregorii XIII., sicut non obstitit ad secundam, adhuc desiderare & sperare tertiam ipsius Directorii, præsertim in hoc puncto, correctionem. Ex quibus legitimè infertur, omnia præsentia, & attentata contra B. Raymundi sanctitatem, & doctrinam vigore dictæ subrep-

titia, vel falsę Bullę, in prædictis veris & solemnibus judiciis S. Concilii Trid., & Sac. Congregationis Indicis fuisse repulsa; sicque Lullianum Cultum magis corroboratum perseverasse.

PUNCTUM III.

**A**D 3. st., *asserere Gregorianũ Diploma fuisse ab Eimerico confectũ &c.* Libentissimè admittitur, dictum Diploma nõ fuisse ab Eimerico confectum; quod non levitè suadetur: nam non est credibile, Eimericum fuisse judicii ita tenacis, ut præsumpserit consequi per unum fictum Diploma, quod duobus veris minimè valuit obtinerè; sicque verisimilius est, ipsum expertum sibi tā infeliciter evenisse in duobus primis Diplomatum veris, facti pœnituisse, & desiderio desiderasse hujus memoriã penitè aboleri, quod non fuit possibile in duobus primis; & idè Directorio tertium fictum non inseruisse Diploma; licèt non possit negari, ipsum Eimericum usum esse ipso Diplomate ficto, & præsentem fuisse Avinione, dum ex mandato Apostolico ibi Pontificio in Regesto quærebatur, cum hoc authenticè constet, & pariter etiam constet, ipsum nihil tunc habuisse producendũ, ut se à fictoris suspitione pur-

garet; quod, nisi ita constaret, adhuc magis excusaretur.

Adhuc tamen alia excusationis illius suppeditatur via per Erud. Cultur. Diff. 2. c. 1. §. 4., ubi ait: *Potuisse esse... aliquem Agentem pro Eimerico in Curia Pontificia, viso zelo & fervore instantiarum ipsius, & contrario exitu Bullarum antecedentium, dictam Bullam ad complacentiam, & solatium ipsius Eimerici finxisse; quę Bulla non erat ex primis fictis, cum ante illud seculum jam essent alię.* Sic Custererius. Quibus addi potest, quòd, si ille nequam pecunię statim post Bullę receptionē recipiendę inhiabat, non est incredibile, ipsũ in fictione ita festinare, ut ipsa Bulla cum falsã latinitate & vitiata exierit; sũt allegatum fuit in Sententiã Diff., ubi dicitur: *Item, quòd in ipsa dicta Bulla erat falsa latinitas, quę vitiat rescriptum Papale.* Quod abs dubio dictum est, quia in Bulla juridicè exhibita, hæc clausula continetur: *Et vehemens suspicio est habenda, quòd in aliis Libris editis à Raymundo similes, vel alii, ut præfertur, continentes errores.* Et, licèt Peña potuerit latinitatis fallitatem corrigere, sicut vitia quatuor exemplariũ, de quibus Directorium fuit

compactum, prout fecit in duabus impressionibus, Bullam tamē vitiatam, à falsitate jam ante Papale Rescriptum vitiante, sanare & validare nequivit.

Primum de dictis quatuor exemplarium corruptelis testatur ipse Peña in Præf. dicens: *Erant codices omnes non modò depravati circa sensum verborum: verum etiam in multis locis imperfecti & mutili.* Et paulo ante: *Nullum passi sumus transire locum sine justa emendatione; Et ibid.: Erant autem omnia exemplaria, tam impressa, quàm manuscripta infinitis prope locis penitus depravata, & emendosa.* Secundum patet ex Cap. ad audientiam de rescriptis, ubi dicitur: *Ad audientiam nostram (te significante) pervenit, quòd N. de Sancto Stephano, super absoluteione sua, Literas tibi (ut prima facie videbatur) Apostolicas presentavit. Quibus ( quoniam manifestum continent in constructione peccatum) fidem te volumus adhibere.* Glossa ibi: *sic patet, quòd vitium latinitatis vitiat rescriptum.* Vide Barbosam, & alios ibi. Ex quibus cõjecturis, quibus uti hac in excusatione fui coactus, aliquantulò patet, fuisse possibile, Eimericum dicti Diplomatis fictorem non fuisse.

Est etiam non modica suspitio, quòd Eimericus Directorio ipsum Diploma non inseruerit; sed alius, qui nominatur in Transumpto Memorialis Romę versari pro Canoniz. B. Raymundi n. 89. & seq., ubi dicitur: *Prædicto anno 1503... subortã iterum esse eandem de Conceptione Deiparæ V. controversiam inter Fratrem N... Inquisitorem Regni Barbaris, & Lulli Scholæ Professores, his, ut supra, pugnantibus, & contra ipsos Inquisitorem, tantoque exarsit ardore contentio, ut Romam perrexerit Inquisitor, & egerit coram sanctissimo contra Lullianos; sed tanto suscepto labore, nec ipsis, nec Lullianę doctrine in aliquo nocere potuit.* Immediatè post de eodem Inquisitore dicitur: *Reversus tãdem ad Baleare Regnum, & in eadem contentione perseverans, dicitur fuisse pulsus à Regno. Quæ omnia creditur, homini fuisse stimulum, ut anno 1503. Directorium Eimerici typis mandans Barcinone, simul annexerit eæ Bulla fictitiã ejusdem calumniam contra Lullũ, jam diu convictã, et damnatam.* Et hæc est unica impressio Directorii, ut Peña in Præf. ad Directorium ait: *semel tantum, (quòd ego sciam) eneis fuit typis impressum Barcinone an-*



*Dom. MDIII.*, de qua idem in citata Epist. ait, ipsam impressionem fuisse causam, ut dicta Bulla fictitia in Directorio poneretur. Et q. 9. 2. p. de 100. Articulis ab Eimerico proscriptis, in suo libello, vel quaterno, & aliis, quæ sequuntur, ait: *Hæc quæ sequuntur usque ad q. 10. desunt in tribus codicibus: ea tamen habet Barcinonensis impressus, & propterea sunt etiã impressa.* En detectum fundamentum insertionis dictæ Bullæ in Directorio Romæ impresso, & excusationis Eimerici forsân à tali impostura innocentis.

Ad aliud, sc. quòd errores Raymundi de Tarraga non fuerint adscripti B. Raymundo Lullio; respondet Peña certa Regestorum Papalium veritate innixus, & dicit, plures errores, præsertim Libelli de demonû Invoc. ab antullistis fuisse falsò B. Raymundo Lullio adscriptos; ut supra; sed, ut hic clariùs videatur, necesse est in memoriã revocare, quod 2. par. q. 27. Directorii admonet ipse Peña dicens: *Illud verò observandũ est diligenter, quòd Author docet in hac quæst. videlicet libellum de demonû invocatione editum fuisse per Raymundũ Neophytum; in quo planè decepti mihi videntur Bernardus Lut-*

*zemburgus in Catalogo hereticorum, Lib. 3. verbo Raymundus Lullius, & Prateolus Lib. 16. c. 2. de Vitis & Sectis hereticorũ, asserentes libellum de demonum Invoc. editum fuisse à Raymundo Lullio; & sane suspicor, hos Authores fuisse hallucinatos ex nominis similitudine. (Nota Authorum supradictorum temerarium iudicium occasione fuisse aliquibus scriptoribus eadẽ criminatione innocentem & sancti Virum Raymundum Lullium asficiendi.)* sic Peña. Idem dicendum de Bzovio, ut supra pag. 440. Ex quibus clariùs patet ipsius Commentatoris Iudicium erga Sanctitatem B. Raymundi, quod ante ipsemet erga ipsius Doctrinam ostenderat. Patet etiam, prædictos Authores nullã verisimilitudine innixos, Raymundi de Tarraga errores, B. Raymundo Lullio temerè adscriptisse, & alios Scriptores errare fecisse.

## PUNCTUM IV.

**A**D 4. st. : *Eimericus fuit Vir gravis &c.* Libenter hoc admittitur, prout concordat cum adductis Instrumentis; & utinam non fuisse ita gravis in servum Dei de S. Cath. Fide tam benemeritum, ut sole clariùs ejus labores, sanguis pro ipsa Fide effusus, simul

& Libri pro ejus defensione & dilatatione declarant. Errores proscriptos Libelli ab Eimerico compositi, & per Card. S. Angeli ad Clementem VII. Antipapam relati, Dominicanus non minus gravis, & Inquisitoris munere, in primo illorum examine, & in secundo Episcopatus, & Judicis delegari per Em. Card. Alamanum Apost. Legatum, munere fungens, satis contra ipsum Eimericum detexit, & declaravit, nullatenus esse Lullianos, ut patet ex supradicta clausula Instrumenti Sententiæ Diff., ubi dicitur: *Ipsi centum articuli comprobati cum Libris Doctōris, inveniuntur in dicto quaterno, (Eimerici Libello) modò per additionē, modò per abstractionem, modò per mutationem intentionis prædicti Doctōris, falso modo assumendo, seu interpretando ipsam, modò per positionem truncatam verborum dicti Catholici Doctōris &c.*

Sicque cum dicto infamatorio libello, nil omnino contra B. Raymundum, ejusque Doctrinam effectum est, sicut, nec cum aliis contrariis opinionibus, de quibus alii jam se retractarunt; & omnes in dicto Instrumento, & Libris II. Doctōris possunt clariùs veritatem intueri.

## PUNCTUM V.

**A**D 5., st.: *Deinde, utcumque sit &c.* Non est alia difficultas, nisi demonstrandi Regestum anni 6. Gregorii XI. quādo in ipso quærebatur dicta Bulla, non esse deperditum; nam ex aliis capitibus, ejusdem Bullæ falsitas jam manet declarata. Quod dictum Regestum non esset perditum, dum dicta Bulla, ex mandato Leonardi Cardinalis Judicis ad hanc causā specialiter deputati, fuit diligentissimè perquisita; evidenter convincitur ex declaratione in Tribunali dicti Cardinalis Judicis an. 1395. obtentâ; & ex præsentia Eimerici, contra quem causa versabatur, ibidem Avinione tunc existentis, (ut Diagus testatur in Hist. Provinc. Aragon. Lib. 1. c. 27.) in qua declaratione duo Registratores; & unus Cameræ Apostolicæ Notarius authenticam exhibent fidem non existentiae dictæ Bullæ in dicto Gregoriano Regesto.

Et, quòd tunc servaretur integrum etiam patet; nam, si in toto, vel in parte dictum Regestum periisset, nec jacturæ hujus, nec sui oblitus esset Eimericus ibi existens discrimine tãto, nec in attestationibus datis hoc taceretur, in quibus nō  
fit

fit mentio defectûs nec unius folii; imò è converso unus de Registratoribus expresse dicit: *Quòd dictam schedulam ( Bullæ fictitiæ) in Registro sibi commissò anni 6. dicti Dom. Gregorii, per suos Clericos, non solum semel, sed pluries diligenter perquiri fecit, & quòd Litera in sæpè dicta schedula contenta, in suo Registro non fuerant, neque erant registrata.* Videatur Instrumentû supra pag. 34., quod pro hoc puncto satis erit.

## PUNCTUM VI.

**A**D 6., st.: *Quando pro veritate Bullæ validissimæ habentur adminicula &c.* Cum distinctione dicitur, hæc ita esse apparenter juxta aliquorum Eimericanorum opinionem; non verò juxta S. Concilii Trid. Judicium, & pariter S. Congregationis Indicis, & plurimorum Illustrium Virorum, qui hac de re veram nacti sunt notitiã, ut supra manet ostensum. Imò, si rem ipsam, prout est in se, dignentur veritatis amatores introspicere; non poterunt satis mirari adversariû Eimerici conatum, eorumque, qui simpliciter ejus opinionem sunt secuti; nam, qui dignati sunt ipsam sic examinare, feliciter se retractarunt, ut Ems. Card. Aguirre, omisis brevitatibus cau-

sã aliis pluribus; quis enim sapientum non videt, quanta sit difficultas retractandi præconceptam in contrarium opinionem, & in palam jam prolata hanc vicit difficultatem iste sapientis. Scriptor dolenter dicens in 2. editione t. 2. Theol. D. Anselmi: *Utinam ante priorem hujus tomi editionem legissetem!...sua itaque illi fama, quod ad me attinet, integra esto.* Idem fecit R. P. Pacificus Capuccinus Missionarius Apost. loco supra citato, ubi narrato modo, quo cõrriari de B. Raymundo exiit opinionem, concludit sic: *Cui restituo honorem per preses scriptum.* Et Auditor S. Rotæ Peña, qui solum per scripturarum Authoritatem detexit veritatem, non dedignatur Eimericum intitulari *Calumniatorẽ B. Raymundi antesignanum, & judicium antilullistarum*, quos citat, vocare *temerarium, & B. Raymundum, Virum innocentem, & sanctum* proclamare. Unde legitime inferitur, S. Concilium Trid., sac. Indicis Congregationem, hosque sapientissimos, & eruditiss. Authores vidisse, adminicula pro veritate Bullæ nõ esse validissima.

Deinde, quòd dicta Bulla sit materialiter in prædictis Ordinibus Prædicatorum Archivis, nil

pe-

penitus facit ad legitimū ejus fundamentum, teste ipso Peña; nam, cum inferatur in omnibus Libris Lullianis alicujus momenti, cū debita tamen recommendatione, ut opposita juxta se posita magis elucescant, & præcipue sit Sententiæ Diff. contra Eimericum inserta inde posuit copiam desumi, & in omnibus Archivis materialiter recodici, quin ex hoc radicalem veritatem consequatur. Et ratio, quare dicta Bulla Directorio est inserta, ait Peña, ut supra, est, quia unice in corrupto exemplari Barcinone impresso inveniebatur: unde patet, quod, quando Romæ facta est ipsius Directorii duplex impressio, dicta Bulla non erat in dictis Ordinis Prædicatorum Archivis, vel si ibi erat, nullam fidem faciebat. Et si tunc ibi non erat, & nunc apparet, non apparet, qua legitimitate sit introducta, imò clarè apparet, quod non potuerit legitime archivari.

Dato etiam, & minime concessio, donec legitime constet, dictam Bullam in Archivis Barcin. Tarrac. & Valentia reperiri: dicitur, quod *Episcopi dictarum Civitatum non passi essent ipsam Bullam confictam ibi seruari*; ad quod responderetur; quod, si dicta Bulla esset vera,

minus passi essent, ei aliquem contraire, & nullum sortiti effectum, ut notorius rei demonstrat eventus: solvant ergo tallium noticiarum subministratores hoc majus inconveniens, & illud minus facile solvetur. Dato igitur, quod ipsa Constitutio, quæ Gregoriana appellatur, in dictis Archivis fuerit adscripta ex ordinatione Inquisit. Eimerici, quâdo dolus non patebat, an. 1376., quo lata est; quod certum demonstrat rei eventus, est, Generales Hispaniæ Inquisitores, & dictarum Civitatum Archiepiscopos, dolo detecto, nullam ipsi Bullæ fidem adhibuisse, & ipsius permanentiam (si ita sit) ibi permittere ob dictam rationem, & quia in iisdem Archivis etiam reperitur, dictam Bullam non esse talem, qualem Eimericus assererat. Non denique obstat plena erudit. P. Antonii Bremond Ord. Prædicat. relatio; quia tam ab extrinseco, quàm ab intrinseco, plenior & fide dignior jacet relatio Ilimi. Judicis Episc. Castell. etiâ Ordinis Præd. in Istrumento Sententiæ Diff. contra Eimericū lata.

PUNCTUM VII.

**A**D 7. R.: *Si Raymundus de Tarraga, & Raymundus Lullus bene in Apostolicis Conf-*  
11-

*titutionibus invicem distinguuntur, &c.* Cum hic numerus septimus per quatuor puncta magis urgere videatur, scilicet per distinctionem inter Raymundos, per manifestas hæreses, per reassumptum Librorum examen à Petro Cardinali, &c. & per Definitionem Sac. Congregationis Indicis, & SS. Inquisitionis &c. ideo quadriformis satisfactio ut necessaria exhibebitur. Ad primum igitur punctum hujus 7. puncti, concessâ clarissimâ inter Raymundos distinctione, dicitur, hanc nec antilullistis à Peña citatis, nec Bzovio suffecisse, ut Raymundo Catholico errores Libelli de dæmonum Invocatione facti à Raymundo hæretico, sive de Tarraga, ut supra, non attribuerent. Lullistæ enim nunquam dixerunt, quod per Constitutiones Apostolicas Raymudi de Tarraga errores, B. Raymundo Lullio attribuantur; sed, quod dicti antilullistæ hoc faciunt, ei, prædictos, & alios errores pro suo libito accumulantes.

Secundo puncto dicitur, si illa exemplaria, quæ videbat Eimericus, erant falsificata, & corrupta sicut libellus, quem ipse de 100. articulis hæreticilibus composuit; non esse mi-

rum ipsi & aliis, qui solum Eimerici testimonium viderunt, hæreses manifestas videri. At, illis, qui dictos legerunt articulos, & cum legitimis Catholici Doctoris Libris examinarunt, visum esse contrarium, ut patet ex rigido Sententiæ Diff. examine, ut supra.

Unde, si Eimerico benignior humanitas exhibita non fuisset, ferè infiniti errores, quibus quatuor sui Directorii exemplaria scatebant, ipsi fuissent attributi; sed non ita fecit Ingenius Commentator recurrens ad originale antiquius, & fidelius, unde ipse Eimericus proficiendo Directorio plurima copiasse videbatur, ut asserit idem Peña in Præf. ad Direc. dicens: *Opem attulit vetus quidam Codex... repertus in inferioribus Bibliothecæ Vaticanæ conclavibus, in quo plurima erant eorum temporum, quæ proximè Eimericum præcesserunt, plurima eodem ferè ordine, & verborum serie conscripta, quibus Eymericus in Directorio fuerat usus, adeò, ut sæpe suspicati simus Eymericum eum ipsum Librum in manibus quâdoque habuisse, eoque usum fuisset. Nam Bibliothecæ custos asserat putare se eum Librū Avinionæ Romanæ cum aliis multis*

*fuisse delatum.* Idem asserit Possevinus in apparatu Sacro t. 2. Verbo Nicolaus Eymeric.

In quo planè videtur, Eimericanos nolentes suspicionem livoris, & defectum pietatis in sua opinione portendere, simili uti humanitate cum Doctore Catholico debuisse, qui, præter omnia bona, quæ dicta sunt, & plurima, quæ dici possunt; præbuit S. Romanæ Ecclesiæ inconfringibilia arma ad multiplicandum suam in toto orbe ditionem, & se defendendum ab omni genere infidelium; ita ut ad hanc veritatem clarè videndam non sit opus, nisi legèdo in ipsius Libris versari. Verum quidem est Sac. SS. Inquisitionis Congregationem hanc, quam negarunt Eimericani dicto Doctori, exhibuisse humanitatem, quando à Regno Majoricarum illos viginti Libros, de quibus erat dubium expetivit, ut patet ex authentica Epistola transmissionis ipsorum Librorum Majoricâ Romam primo Tomo præfixâ.

Videtur etiam, omnia vota eorum, qui Eimericâ opinionem simpliciter sunt secuti, ad unicum votum reduci, tum, quia non legerunt genuina B. Raymundi Opera, tum, quia Moyse in quæst. selectis tom. I. tr.

1. Disp. 1. q. 1. ait: *Pluralitas quandoque Doctorum nihil probabilitatis opinioni superaddit, cum ea, qua pollet, qualis fuerit, ad unum, in cujus verba jurarunt reducantur.* Et Sotus Lib. 1. de Just. & Jure q. 6. art. 6. in fine 1. Conclusionis: *Parum ad rem refert, quam sit numerosa citatio, ubi ratio non adhibetur nova.* Et Seneca de Vita beata c. 1.: *Ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem pergentes, non quæ eundum est, sed quæ itur.* Quod dicti antillullistæ non viderint B. Raymundi Opera, & sic incognitum damnaverint, præter quàm quòd eorum scripta demonstrât, etiam admonet Lallemandet Ordinis Minim. Provincialis, & S. Theol. Lector. Jub. tom. 2. de Deo Disp. 1. n. 5. in Margine dicens: Moneo hic, quòd, pleriquè qui agunt contra Raymundum Lullium, ipsi ordinariè falsa imponunt duabus de causis, prima est, quia non capiunt elementa Lulliana, proinde illum interpretantur prout possunt. Altera causa est, quia ejus Opera non videntur; sed doctrinâ Lulli à quodam Eimerico desumpserunt, qui an fideliter referat Lullii mentem, alii dijudicant: unum scio, quod in tractatu de articulis

culis Fidei, in nullo, aut in paucissimis solum differt doctrina Lulli à communi doctrina Theologorum; quamvis eorum placita diversis terminis explicet; imò ignotis, præsertim iis, qui in ejus doctrina enutriti non fuerunt. Huc usque Lallemandet, cujus, & aliorum Auctoritas hic ponitur ad suadendum antilullistis Lullianorum operum lectionem; quod, si facere dignentur, indubiè nobiscum sentient, & pariter laudabimus Deum in suo servo, & in ejus sana Doctrina mirabilem.

Tertio puncto, scilicet: *Examen Librorum reassumpti à Petro Cardinali Hostiensi, &c.*; dicitur, quòd hoc sit in dicto Ordinis Prædicatorum Bullario, requisitum non stabilire fundamentum, ut supra; nam, sicut dicta Bulla, industriâ præfati antilullistæ potuit Directorio Barcinone primò impresso inseri sic etiam industriâ Eimerici, vel alterius putatis in hoc, se magnum obsequium præstare Deo, potuit Dominicanum in Bullario recondi; & idè, sicut existentia dictæ fictitiæ Bullæ ibi, teste Peña, legitimum non statuebat fundamentum, ita pariter, neque hic statuere debet, cum locus ejus non fuerit inventus in Bullario Romano, imò neque

in diversorio exemplaris Directorii ceteris Tribus correctioris, scilicet Em. Cardinalis Joann. Francisci de Garbata Urbis & Orbis Inquisitoris; & quæ in Barcinonensi erat in corpore, in aliis duobus exemplaribus Bononiensi, & Sabellano addita erat in fine 2. partis cum notabili articulorum discrimine.

Quare novæ rationis additione dicitur: Si Eimerico dictæ Bullæ veritas constitisset, quando, ipso præsentate, fuit quæsitæ & non inventa in Regesto Gregoriano anni 6. tunc integro, ut supra, &, cum solum effluxissent decem & novè anni à datâ ipsius; ad ipsum, contra quem agebatur, pertinebat ad aliquos illorum plusquam viginti examinatorum appellare, qui omnes, non obiissent, vel, si omnibus jam defunctis, solus Eimericus mansit superstes, recursum habebat ad plurimos, qui ore tenus à dictis examinatorsibus notitiam accepissent, imò & ad omnia suprascripta Archiva, & dictum Bullarium Dominicanum; quod minimè fecit nec tunc, nec quando solum decem transierant anni à datâ ipsius Bullæ in prima sententia per Inquisitorem Dominicanum latâ contra ipsum Eimericum: ergo signum non leve est, dictæ

Bullæ veritatē, vel numquam ad hominum memoriā pervenisse, vel falsitatem ejus, Deo opitulante, citius fuisse deprehensam, ita ut etiam Eimericus omnem ipsius perderet spem, qua nimis ardentē omnes Libros Lullianos ad incendium conducere sperabat.

Unde mirabilis Dei Providētia non permisit dictam Bullam habere locum inter scripturas, quibus ab omnibus Catholicis indubia fides adhibetur; quod vehementius signum est verę sanctitatis & Doctrinæ B. Raymundi; & ideo Lullistę omnibus votis desideramus, hoc solemniter ab Ecclesia judicari, quæ non vult, falso Literas Apostolicas extorquentes, cum ipsis aliquid commodi reportare, ut patet ex Cap. super Literis de rescriptis, ubi dicitur: *Ut hi, qui priori modo falsitatem expriment, vel supprimunt veritatem, in suę perversitatis pœnam, nullum ex illis Literis commodum consequantur.* Idcirco ipsa Dei Providentia mirabiliter disposuit, quod damna per dictam falsam & obreptitiam Bullam attentata, ipsa Ecclesia per suum Legatum Apostolicum ejusque Delegatum repararet, ita ut veritatem sententię Diffinitivę pro B. Raymundo sem-

per falsitati & obreptioni dicte Bullæ prætulerit, prout in exēplo, & in operibus demonstravit approbans Statuta, in quibus præcipitur publica lectio Lullianę Doctrinę, & multos Libros in quibus sanctitas & Doctrina Lulliana miris laudibus commendatur, ut patet in Libro *Janua Artis Magistri Raymundi Lullii* approbato à Sixto IV., & ab Innocentio VII., & in Libro Expositionis in symbolum Apostolorum approbato per Clementem VIII. & recommendato per decretum hujus Pontificis magis quàm Eimerici Directoriū per Gregoriū XIII., quia Clementinum Decretum est *ex motu proprio & certa scientia* continens eloquia suę sanctitatis erga dictum Librum, quas prænobiliores circumstantias non habuit Directorium à Gregoriano Decreto; & etiam patet in aliis Libris per Rmos Magistros Sac. Palatii approbatis, & in variis sententiis ab ipsa Ecclesia latis erga Lullistas contra ipsorum persecutores, ut supra, & tandem in ampla permissione, qua erga sanctitatis, & Doctrinę B. Raymundi cultum hucusque se gerit, ut terrarum orbi semper innotuit.

Tandem, si dicte Bullę fuisset fides adhibita, nec Ecclesia Sanc-



Sanctitatis, & Doctrinæ Lullianæ Cultum ultra progredi permiffisset, nec alia fecisset, ut supra, nec Generales Hispaniæ Inquisitores, & Episcopi omiffissent tot tam Catholicos Reges, & S. R. Ecclesiæ tam obediētes admonere, nè hæretico, & doctrinæ damnatæ faverent, tot ampliffimis Privilegiis, ut supra; imò nec Confessarii & horum Regum Directores, qui tunc Dominicani esse solebant, ipsis ita facere cum aliis Theologis suafissent, ex quibus ipsi Reges plenam hujus rei certificationem recipiebant, ut testatur Rex Alphonfus supra in suo Privilegio dicens: *Præterea ad plenum certiorati, à pluribus fide dignis, quòd Opera ipsius Magistri Raymundi, nec bonis moribus, nec Fidei Catholica in aliquo contrariantur, &c.* Ideòque maneat cum sibi debito honore Eimericus, cujus, nec aliis personæ intenditur offensio, cū hic non contra personas, sed pro defensione veritatis & innocentie pugnetur, de quo nemo rationabiliter offenditur.

Quarto puncto, scilicet: *Et eo magis, quia tum sæculo 16., &c.*; dicitur, quòd licet Tractatus Cardinalis Albitii adhuc in Bibliothecis Insignioribus nequiverit inveniri, (quod est

dolendum) nihilominus ab effectibus valet causa innotescere; nam sæculo 16. hac de re adhuc nil actū erat coram Paulo V., cū quinque annis post, ejus Pontificatus inceperit, anno scilicet 1605., & si Congregatio coram ipso habita solum referatur ad initium sæculi 17., adhuc effectus demonstrant, quòd, si tunc aliquod dictamen fuerit contra opera mirabilia B. Raymundi ex insufficientis informationis defectu; vel fuerit mutatum, vel alii melius informati, illud non fuerint secuti; quia post Paulum V., qui obiit anno 1621., fuit impressum Memoriale versatum Romæ pro Canonizatione B. Raymundi Lulli anno 1627., de quo Memoriali, plura ipsorum Operū mirè laudatoria extraxerunt Nicolaus Ant. t. 1. Biblioth. Hispan. nova fol. 588., & Salleles tom. 2. de SS. Inquisitione c. 15. Reg. 278., qui Libri fuere Romæ impressi cum approbationibus Magistri Sac. Palatii; quod, stante aliqua ipsorum Operū prohibitione, omni permisso caruisset. Ex prædictis igitur constat, Opera Lulliana nunquam nec Romæ, nec alibi fuisse prohibita, licet inimicorum industria contra commune bonum hoc totis viribus procuraverunt;

imò & ex authenticis Instrumentis, & ex ipsa experientia videtur, ipsa Opera, adversitate devictâ, semper, & ubique liberius cucurrisse.

*PUNCTUM VIII.*

**A**D 8., st.: Scio quidem inter eruditos varium esse iudicium &c.; dicitur, nedum hos, verum plures alios eruditos contra B. Raymundi sanctitatem scripsisse, & hoc cum magna facilitate, generaliter oppositæ sententiæ Authores citando; quod non ita faciliter factum esset, si ad instar Lullistarum sibi responsionem omnibus, & singulis objectionibus speciatim Authoritate, & scientifica ratione adhibendam assumpsissent. At, quia sine veteri ratione alii simpliciter sui Ducis Eimerici opinionem sequuntur, ut patet ex simplici ipsorum citatione, & alii sine nova ratione Eimericanorum opinionem pariter sequuntur; ideò omnes in unum votum & caput conspirant, cui simpliciter suffragantur; sanctitas verò & Doctrina II. Doctoris tot fulcitur defensoribus, quot sunt qui facilem non adhibent aurē vanis & incertis rumoribus; sed volunt palpare, & videre, quid res sit in se, & quid habeat in se; quid sit in alio, & quid ha-

beat in alio? quæ est secunda Regula Lullianæ Artis, per quâ acquiritur scientia ad sciendū, quis dicat verum, & quis non; at tota scientia, quæ in antilullistarum eruditione relucet, ad hoc reducitur: hoc est hoc, quia alii ita dicunt; quibus ego ut cæcus, cui Lulliana Scientia aequaliter oculos aperuit; demonstrationem cæci nati sic facere possem: B. Raymundus maxima mirabilia, quæ docet in suis Libris, confirmavit exemplo, ut patet ex Actis indubiis, & authenticis vitæ suæ testimoniis; sed non est auditum à sæculo, quòd aliquis ita fecerit, & docuerit, nisi Deus fuerit cum eo, & scimus, quia Deus peccatores non exaudit: ergo impossibile est, quòd hic homo & ejus Doctrina non sit à Deo. Dignentur igitur legere, & videre, quid B. Raymundus fecerit, & docuerit, non in Eimericano libello, sed in legitimis ejus Libris, ut reddantur à deceptione immunes; quod si facere noluerint, saltē omnes sapientes, ipsos gratis, & sine ratione persequi B. Raymundi Sanctitatem, & Doctrinam, clare & manifestè videbunt.

At, aliquis, cui non sunt ob-  
vii hujusmodi Libri, quæret:  
quid fecit, & docuit Lullus?  
Cui

Cui breviter respōdetur, quòd ipse fecit quantum potuit ad cognoscendum & amandum Deum, & hoc idem docuit, ut omnes facerent; fecit, & docuit quantū potuit ad destruendas omnes hæreſes & errores infidelium, & propterea fuit pluriès carceribus mancipatus, flagellatus, labiis serâ perforatus, fame, siti, frigore, itineribus, & omni ærumnarum & opprobriorū genere saturatus, donec gladiis & fustibus percussus, & lapidibus obrutus propter Doctrinam Mahumeticæ sectæ contrariam, quam saracenis prædicabat, Martyrium subiit & consummavit; & ut veritatis amatores perspiciere possent, qualis esset illa Doctrina, in Libro Disputationis Raymundi cum Hamâr Saraceno, impressa remansit.

Summos insuper Pontifices omnes sui temporis, & totius Europæ Monarchas ad tria excitavit, non minoris ponderis & momenti, quàm sit Sanctæ Jerosolimorum Terræ recuperatio, Collegiorum, in omnibus Europæ Universitatibus fundatio, in quibus variæ linguæ ad infidelium conversionem ad discerentur, & totale perverſæ Averrois doctrinæ ab ipsis Universitatibus exterminium.

Ad primi effectum intenti ex omnibus ipsius Europæ Civitatibus maximas pecuniarium copias congregavit, ita ut sola Pisarum Civitas, cum viginti quinque millibus ducatorum argenti contribuerit; quas pecunias ad hunc finem tradidit Summis Pontificibus successivè Honorio IV., Nicolao IV., Clementi V. Ilmus Cornejo 3. part. Chronic. Ser. Lib. 3. c. 44. fol. 432. Ad secundi intenti effectū, præter dictos Pontifices, instanter supplicavit Bonifacio VIII., & B. Benedicto XI., quo dictam Collegiorum fundationem magna ex parte est consecutus, ut patet ex Clementina inter sollicitudines de Magistris supra. Ad tertii intenti effectū similiter laboravit, donec plenariè obtinuit, quòd dicta perverſa Averrois doctrina, quæ jã maximè per dictas Universitates cū magno Fidei Catholicæ periculo grassabatur, per Decreta Apostolica, undequaque collectis Libris & combustis, penitus extirparetur. Hæc fecit & docuit Lullus, & plurima alia bona, ut patet ex ejus Libris, & aliis testimoniis, quæ non possunt hic exarari: ita ut adversariis dicere possent: propter quod opus bonum me lapidatis?

Unde, re bene inspectâ, ad-  
ver-

versæ parris rationes (si fas sit, eas sic nominari) potius Lullistas, & neutrales in sua ratione confirmant; hos in solo videre, quid sentiant alieni de Bzovio, & aliis Authoribus citatis; illos autê, quia ex clarâ veritatis inspectione, non valêt fingere dubium, nisi contra conscientiâ, & cum hypocrisi, sigerent. Quod autem Waddingus libenter cõcedat, B. Raymûdi cultores debere iudicium de ejus sãctitate suspendere; jã dictum est supra, erud. Annalistã, per semitã Lullianã cum calcaribus de palea equitasse; quia ipse indignatus, quòd cum tota sua eruditione Artẽ capere nõ posset, falsa subministravit arma omaibus inimicis, ùt falsò de sanctitate, & Doctrina Inclyti Martyris & Doctoris coelitus Illuminati judicarent; & sic posteris ostẽdit, se proprio iudicio præsuppisse reformare, quod SS. P. Urbanus VIII. S. directus Spiritu noluit immutare; ideoque, licet Lullistis non liceat suum iudicium in aliquo suspendere ob fallibile antilullistarum iudicium minùs cõforme expressæ Ecclesię permissionis; nihilominus ipsi Lullistæ divinã innixi prudentiã, &

Sedi Apost. semper in omnibus obsequentes ob infallibilitatem sui supremi Judicii, nedum suspendunt, verum in omnibus suum captivãt iudicium, sequentes exemplarem Doctrinam sui Il. Magistri.

PUNCTUM IX.

**A**D 9. st. Petrus Frãcisus de Rubeis, &c., dicitur, quòd, si ipse contrarium pro B. Raymundo suffragium dedit P. Provinciali Belgii Ordinis Præd. hoc esset ob verarum carentiã notitiarũ, quas, si ùt egregius Fidei promotor, habuisset, indubiè factus esset Fidei ejusdẽ defensoris B. Raymundi defensor egregius, prout fecere plures S. R. E. Cardinales, & Generales Inquisitores, ùt suprasita ut Em. Bellarminus asserat, ipsũ B. Martyrẽ magno fœnore obtinendum, quod propter notitiarũ defectũ ab incisiis non potuit obtinere. Hoc autem, Deo dante, finaliter fiet, ut non sit nisi una Scientia, una lex, unum ovile & unus Pastor, ad quem tenentur omnes oves ad sui securitatem recurrere. Ideoque ipsius Summi Pastoris, & S. R. Ecclesiæ correctioni hæc omnia humillimè subijcio.

*Explicit prima Pars Libri Apologetici Artis Magnæ  
B. Raymuudi Lullii Doctoris Illuminati &  
inviçtissimi Martyris Christi.*

INDEX RERUM; ET VERBORUM, QUÆ IN HOC LIBRO  
 continentur. P. significat paginam, & n. significat numerum  
 marginalem. §. significat paragraphum cum numero, si adfit,  
 & si non adest numerus, immediate ad §. ponitur verbum  
 initiale, ut quæsitum statim valeat reperiri.

**A** *Ternitas* pag. 186. n. 2. & deinceps. *Agnitio* veritatis  
 est omnibus suadenda. p. 389. §. *Ad 3.* *Aguirre* Em-  
 S. R. E. Cardinalis famam restituit B. Lullio, contra quem scrip-  
 serat. p. 113. col. 2. n. 25. *Idem* Librum imprimi fecit, in  
 quo sunt elogia B. Lullii. p. 436. in principio. *Albertinus* II.  
 Episc. & Inquisitor Apost. testatur Catholicam puritatem Lul-  
 lianæ Doctrinæ. p. 431. §. *Secundus.* *Albertus* Magnus testi-  
 monium dat de actualitate Chimæ. p. 92. n. 29. *Alphonsus*  
 Rex Castellæ dat Privilegia Lullianæ Doctrinæ. p. 118. *Altis-  
 sima* est una ex Proprietatibus Lullianæ Artis. p. 7. n. 3. *Am-  
 brosius* Camaldulensis contra insipienter judicantes. p. 319. n. 4.  
*Angelus* investigatur per 10. Regulas Artis. p. 164. & deinceps.  
 Est in suo loco spirituali intento. p. 193. n. 7. Habet 10. Præ-  
 dicamenta spiritualia. p. 234. n. 28. Quare non potest genera-  
 re? Ibid. n. 29. *Anima* rationalis unitur perfectæ animalitati.  
 p. 182. n. 11. *D. Anselmus* certa Ratione demonstrat perti-  
 nentia ad Deum. p. 51. §. *Item.* *Ejus* Doctrina valde favens  
 nostro intento. p. 250. n. 18. *Idem.* De demonstrabilitate SS.  
 Trinitatis. p. 336. n. 26. *Antilullista* Scribentes confusè & sine  
 vero fundamento contra B. Raymundum Lullium. p. 486. Punc-  
 to 8. *Approbatio* Lullianæ Artis per Universitatem Paris. p.  
 352. *Argumentum* cæci nati pro B. Lullio. p. 486. Puncto 8.  
*Arnaldus* de Villanova testimonium dat de actualitate Lapidis  
 Phil. p. 94. n. 32. *Ars* Lulliana est universalissima. p. 4. n. 2.  
 Est certissima & infallibilis. p. 6. col. 2. n. 1. Est Artificiof-  
 sima. p. 17. n. 1. Et est quinta Essentia omnium Artium &  
 Scientiarum. p. 146. n. 7. *Articuli* Lulliani notati, numquam  
 reperti in Lullianis Libris. p. 445. §. *Dico.* *Articuli* 500.  
 Lulliani, quos Eimericus assererat damnatos, fuere diminuti  
 ad 100. p. 470. §. *Fuit.* *Dicæi* Articuli sunt inventi falsificati  
 in Eimerici quaterno. Ibid. §. *Item.* *Attributa* Dei sunt aqua-  
 lia in Esse & Operari. p. 386. §. *Ad 1.* *Aubrius* testatur de

suo Mag. B. Raymundo. p. 156. n. 4. *D. Augustinus* pro demonstrabilitate Articulorum Fidei p. 50. col. 2. §. *Item quod.* De Trinit. p. 180. n. 6. & 7. Increpat damnantes incognita. p. 248. n. 13. De demonstratione Trinitatis. p. 341. n. 33. *Autor* Præliminii Tomi 1. & aliorum Moguntinæ Impress. Lullianæ fuit Ivo Salzinger. p. 294. n. 11.

**B***Arbaries.* De ea traxatur stylus Lullianus. p. 153. n. 21. & 23. *Bellarminus* Em. S. R. E. Card. eminenter bellat pro B. Lullio, & ejus Doctrina. p. 488. Puncto 9. Vide etiam in Prologo Præc. n. 20. *Benedictus* Pañelles Il. Majoricæ Episcopus Ord. Benedictini B. Lullio, & ejus Doctrinæ valde favorabilis. p. 114. n. 28. *S. Bernardinus* Sen. de malo ignorantia. p. 344. n. 39. Em. Cardinalis *Bona* laudat Librum Raymundi de Sabunde continentem praxin Lullianæ Artis. p. 145. n. 6. Vide. Prolog. Præc. ubi ostenditur, qualiter hic Liber non sit prohibitus. n. 35. *Bonitas* ponitur in exemplum universalitatis Artis. p. 149. n. 14. *Bulla* Eimerici contra Doctrinam B. Lullii, ex quatuor capitibus vitiata. p. 29. col. 2. *Eadem* Subreptitia, &c. p. 471. Puncto 2. *Ipsa* fuit habita pro nullius valoris apud Concilium Trid. Sac. Indicis Congregationem, & apud alia Tribunalia. p. 479. Puncto 6. *Ipsa* fuit Directorio inserta, teste Peña, quia erat unicè in corrupto exemplari Barcinone Impresso. p. 480. in principio. Si esset vera, Archiepiscopi, Inquisitores, & alii Prælati Hispaniæ non passi essent, eam nullum sortiri effectum. Ibid. §. *Dato.* *Ipsa* non fuit inventa in Ballario Romano, nec in aliis Pontificiis Regestis, nec in correctiori Directorii Exemplari Em. Cardinalis de Gambarara p. 483. §. *Tertio.*

**C***arolus V.* Ejus privilegia erga Doctrinam Lullianam. p. 115. *Carolus* Philippus Elector Palatinus Laudabiliter est prosecutus Operis Lulliani protectionem. p. 137. n. 31. *Carolus VI.* Imperator Lulliani Operis Moguntinam Impress. Privilegio munivit. p. 138. n. 31. *Casuiستا.* Declaratio contra ipsos. p. 270. n. 13. Casus practicus conversionis cupri in aurum. p. 99. n. 44. *Cathedra* Lul. Doctrinæ in variis Universitatibus. p. 294. n. 12. Et p. 299. n. 15. *Chimia*, & ejus veritas. p. 89. n. 24., & 25. *Chrysopeia*; illam practice novit B. Lullius. p. 77. *D. Chryostomus* docet non habendam fiduciam in opinio-

nibus. p. 25. in fine. *Christophorus* Parisiensis celeberrimus Lullista. p. 84. n. 16. *Christus* potest semper permansere Sacramentaliter in tua V. Matre. p. 192. n. 5. *Clavis* ad aperendum Tabulæ Combin. Secreta. p. 258. n. 32. *Clemens* Papa V. B. Lullium adhuc viventem, & ejus Artem appretiavit. p. 111. in principio. *Clericus* unus, & unus Miles ad mundi debellationem sufficientur. p. 233. n. 27. *Comes* Benaventanus devotissimus B. Lullii, & Doctrinæ ejus. p. 451. §. *Hanc. Compositio* Angeli explicatur. p. 177. n. 7. *Concilium* Trid. deputavit examinatores, qui fere per biennium Opera Lulliana examinarunt, & approbarunt. p. 472. col. 2. in principio. *Condonatio*, quam apprecatur Waddingus pro B. Lullio, rejicitur. p. 444. §. *Nulatenus. Conferentia* Comitis Benaventani de Lul. Doctrina. p. 453. §. *Pratered.* *Consilium* S. Petri de Alcantara ad S. M. Teresiam. p. 329. n. 14. *Consilium* Rmi Feijoò contra Lul. Artem. p. 316. n. 3. *Constitutio* posita in Directorio anni 6. Pontificatus Gregoriani contra Lulliana Opera, juxta Sac. Rotæ Decanum Peña est sine legitimo fundamento. p. 473. §. *In quo. Constitutiones* anni 2. & 4. ejusdem D. Gregorii XI. Directorio insertæ nihil fecerunt contra B. Raymundum, & ejus Opera. Ibid. §. *He due. Consuetudo* vetus non est plus amanda, quam nova propter suam antiquitatem, &c. p. 428. §. *Dignetur. Controversia* Doctrinæ non infert falsitatem in ea. p. 427. §. 9. *Convenientia* Fidei & intellectus in objecto. p. 51. §. *Item produx.* *Convenientia* B. Lulli cum D. Anselmo. p. 339. n. 30. *Cultus* Sanctitatis ablati Majoricæ pluribus Ven., & non B. Lullio. p. 67. n. 1. *Cultus* immemorialis Sanctitatis B. Raymundi Lullii. p. 405. §. 3. *Cum quo.* Regula 10. de Instrumentalitate. p. 221. n. 1. *Cum quo* una Dei Dignitas est in se, & operatur in se? Ibid. n. 2. *Cum quo* una Dei Dignitas est in alia, & operatur in illa? p. 224. n. 8. *Cum quo Deus* operatur ad extra? p. 231. n. 22. S. *Cyrillus* dicit, quare Scientia utilior spernatur ab aliquibus? p. 144. n. 4.

**D** *Agui* primus Cathedraticus Lullianus, & mirabilis ejus eventus. p. 305. n. 8. *Damna* attentata contra Sanctitatem & Doctrinam Lullianam, reparata per Legatum Sedis Apostolicæ. p. 484. §. *Unde. Declaratio* universalitatis Lul. Artis & Scientiæ. p. 141. n. 3. *Decreta* Sac. Congregationis Indi-

cis in favorem B. Lulli. p. 112. *Defensio* veritatis contra falsitatem & calumniam. p. 356. *Degui* Inquisitor Gen. Hispanie Author *Introductorii* ad omnes Scientias, & *Janue Artis* Illum. Doctoris Mag. Raymundi Lulli. p. 85. n. 18. *Delectabilissima* est Ars Lul. p. 15. n. 1. Est quadrupliciter divina. p. 19. col. 2. n. 1. *Demonstratio* existentiae Dei. p. 159. n. 12. *Demonstratio* per Equiparantiam. p. 283. n. 18. *Demonstratio* de Logica sensuali. p. 284. n. 20. *Demonstratio* intellectualis est de majori necessitate, quàm sensualis. p. 285. n. 21. *De quo*. Est tertia Regula Lul. Artis explicata. p. 167. *Deus* investigatur diffusè per 10. Regulas Artis. p. 158. *Deus* non est quantus in suis Attributis. p. 175. n. 5. *Differentia* est major in Concordantia, quàm in Contrarietate. Explicatur. p. 153. n. 22. *Dignitas* Dei, quomodò una est in alia? p. 204. n. 8. *Discipuli* veri B. Raymundi sunt plures, quàm putentur. p. 245. n. 8. *Discrepantia* inimicorum Lul. Artis. p. 396. n. 5. *Discussio* Rmi Feijoo super suam Epistolam: p. 398. *Discussionis* Discussio. p. 400. *Distinctio* inter Raymundos non suffecit Antilullistis, ut errores Raymundi Neophyti non attribuerent B. Raymundo Lullio. p. 481. in principio. *Doctrina* Lulliana, & Laudatores ejus. p. 71. Ipsa est habita in magno honore in pluribus orbis regionibus. p. 290. n. 4. *Dupasquier* in sua falsa opinione reputatur. p. 268. n. 11.

**E** *Colesta* habet unum tantum Caput supremum visibile. p. 233. n. 26. *Bimericana* calumnia refutatur. p. 429. §. 10. *Bimericus* fuit radix & origo contraponderis Lul. Doctrinae. p. 434. §. *Iste*. *Ejus* fides fuit omnino evacuata per Inquisitorem Dominicanum. p. 466. Puncto 1. *Idem* privatur à munere Inquisitoris in Capitulo Provinciali sui Ordinis. p. 470. §. *Tam*. *Idem* fuit primus B. Lulli adversarius. p. 471. §. *Aliis*. *Idem* plurima copiasse videtur ex vetusto Codice ut conficeret Directorium. p. 481. §. *Unde*. *Elementum* non est ab aliis omninò de puratum. p. 197. n. 16. *Elementatum* operatur ad extra substantialiter & accidentaliter. p. 218. n. 36. *Encomium* Salzingerii Arti Lullianae valde ingenuum. p. 140. n. 1. *Epigramma* ad Præcursores Lullianum. p. 142. n. 4. *Epistola* Regis Ferdinandi ad Summum Pontificem, ubi allegatur Approbatio Lullianae Doctrinae per Universitates. p. 308. n. 12. *Epitaphium*



Sepulchri, & translatio S. corporis B. Lullii. p. 404. *Epitoma* 12. Regum Catholicorum faventium Lul. Doctrinæ amplissimis Privilegiis. p. 134. *Evidentia* Rni Feijod. p. 272. *Excellentia* Sectatorum Artis Lullianæ. p. 244. n. 8. *Exemplum* experimentale ad cognoscendum veritates inferiorum ex cognitione Entis supremi. p. 276. n. 7. *Exemplum* operationis Angeli. p. 217. n. 34. *Exemplum* universalitatis Artis ponitur in verbo *amo*. p. 152. n. 21. *Experimenta* Musicalia facti mediante Arte Lul. p. 141. n. 2. *Experimenta* eorum, qui brevi in Lulliana Arte facti sunt sapientissimi. p. 145. n. 5. *Explicatio* Tabulæ Combin. universalis. p. 253. *Explicatio* & multiplicatio Regulæ Juris: *Ejus est non nolle, qui potest velle.* p. 265. n. 7.

**F***acilitas* discendi Lul. *Artem est vera.* p. 379. §. *Ad 1. Ipsa* Ars est facillima. p. 13. n. 1. *Fama* Sanctitatis B. Lullii est nota in tota Europa. p. 67. n. 2. *Feijod* proponit B. Raymundum Lullum ut problematicum. p. 62. n. 1. *Ejus* pia excusatio. p. 461. *Ferdinandus* Rex Castellæ dedit Privilegia Lul. Doctrinæ. p. 116. *Festa* B. Raymundo Lullio celebrata cum assistentia Episcoporum, & Inquisitorum. p. 69. *Fides* non fuit adhibita Bullæ Eimerici ab Ecclesia, nec ab Inquisitoribus Generalibus, & aliis Prælaris. p. 484. §. *Tandem.* *Figura* A. quid importet, & significet. p. 250. n. 17. *Finis* Dei debet impleri. p. 216. n. 32. *Forma* prima materiæ primæ compar. p. 196. n. 14. *Forma* substantialis propria humani corporis. p. 183. n. 11. *Franciscus* Peña Sacræ Rotæ Decanus vocat Eimericum B. Raymundi calumniatorem antesignanum, & detegit falsitatem contrariæ opinionis. p. 76. n. 7. *Fundamentum* adversariorum B. Lullii ad nihil reducitur. p. 472. §. *Unde.*

**G***assendi* Liber Salmanticæ rarissimus, & laboriosa ipsius inquisitio. p. 454. §. *Et candidè.* *Ejus* analiseos de Lulliana Arte analysi. Ibid. *Generale* decretum, ut Provincia Majoricensis S. P. N. Francisci publicè profiteatur Lul. Doctrinam. p. 309. n. 15. *Generalis* Seraphici Ordinis possit consequi sine magna difficultate annotationem & catalogum omnium manuscriptorum Incliti Martyris B. Raymundi. p. 449. §. *Quare.* *Generatio* Divina. p. 207. n. 14. & deinceps. *Generatio* humana. p. 219. n. 39. *Generatio* elementati, vegetati, sensati &

imaginati. p. 235. n. 31. *Grammatica* de Divinis Attributis. p. 256. n. 28. *D. Gregorius* Papa de Sapientia mundana. p. 358. col. 1. circa finem.

**H** *Allucinatio* inimicorum B. Lullii detecta per Franciscum Peña Sac. Rotæ Auditorem, & per alios. p. 439. §. *Quorum*. Ilmus *Henricus* Spondanus Episc. dicit, Bzovium attribueri B. Raymundo Lullo errores Raymundi Neophyti. p. 76. n. 8. *Homo* generat de sua elementativa, vegetativa &c. p. 182. n. 10. *Humanitas* una sufficit Incarnationi Dei. p. 232. n. 24. *Humidum* nutrimentale. p. 220. n. 40. *Humidum* radicale. Ibidem. n. 41. *Humilitas* est necessaria ad querendum intelligentiam. p. 383. §. *Ad* 3. *Humillima* satisfactio ad dicta de Lulliano Cultu per Emin. Lambertinum. p. 465.

**J** *Jacobus* Faber Doc. Sorbonicus præclarum dat testimonium de utilitate Lul. Doctrinæ. p. 102. n. 4. *Jacobus* Janer Magister Cister. scribit de valore Artis Lullianæ. p. 78. n. 6. Habuit Privilegium Pontificium, & Regium ad docendum Lullianam Artem per omnia Hispaniæ dominia. p. 300. n. 17. *Idea* Dei æterna. p. 187. n. 5. *Imago* Trinitatis Dei in creaturis. p. 212. n. 25. *Imago* Summitatis Dei in omni linea. p. 214. n. 29. *Imago* moralis B. V. Mariæ. p. 237. n. 34. *Imago* B. Raymundi radiis depicta adoratur. p. 66. n. 1. *Indicis* Sacra Congregatio in duplici Congregatione manifestat veritatem decreti Concilii Trid. in favorem Lullianorum Operum. p. 112. *Infusio* Artis Lullianæ, quomodo comparetur. p. 22. col. 2. n. 8. *Inimici* B. Lulli. p. 248. n. 14. *Innocentius* Papa VIII. sub eo fuit examinatus approbatus & Romæ impressus Liber *Janna Artis Lullianæ*. p. III. n. 19. *Innocentius* XI. noluit Opera Lulliana poni in Indice Librorum prohib. Ibid. n. 20. *Inquisitionis* SS. Sacra Congregatio B. Lullio humanitatem exhibuit, quam Eimericani ei negarunt. p. 482. §. *In quo*. *Joannes* I. Rex Catholicus expedit Literas contra Eimericum. p. 467. *Joannes* Vernon equiparat Sanctitatem & illuminationem B. Lulli p. 76. n. 9. *Joannes* Aubrius insignis Lullista. p. 87. n. 20. *ipse* suis Medicinis sanavit plusquam ter centum millia infirmorum. p. 88. n. 22. *Fecit* quintam Essentiam curativam omnis generis infirmitatum. Ibid. n. 23. *Joannes* Bonlabii dicit Lullianam Artem tractare de omni materia. p. 154. n. 2. R. P. *Josephus* Acevedo Provinciæ

S. Jacobi fuit valde propensus ad Lullianam Doctrinam. p. 328. n. 13. *Instrumenta* authentica non inventionis Bullæ Eimerici in Regeſto anni 6. Gregoriani. p. 34. *Instrumentum* Sententiæ Defin. pro Catholicitate Doctrinæ Lullianæ p. 27.

**K**IRKERUS vocat B. Raymundum Illuminatiffimum, & dicit ingentia Scientiarum cimelia in Principiis Lullianis latere. p. 263. n. 3.

**L** Ambertinos Em. S. R. E. Card. de Lulliano Cultu p. 462. Et de opinione proſcripta ab Eimerico. In Prologo. n. 17., & 18. *Lallemandet* Ordinis Minim. pandit cauſas, quare B. Raymundo falſa imponuntur. p. 482. §. *Videtur*. *Lavinhta* optime ſentit de Arte Lul., & Alchimia. p. 73. n. 4. & 5. Leo Papa X. Officium B. Raymundo conceſſit. p. 111. n. 20. *Libellus* Eimerici de articulis Lullianis ab ipſo damnatis, fuit deprehenſus falſificatus. p. 481. §. *Secundo*. *Libri* omnes Lulliani anno 1377. currebant indemnes, uno excepto, qui examinatus per Inquiſitorem Dominicanum, liber evaſit. 474. §. *Ex hac*. *Litere* alphabetari, quare ponantur in Lulliana Arte. p. 147. n. 11. *Litere* patentis Generalis Ord. Minor. B. Lullo datæ, ut doceret Artem in Provinciis. p. 300. n. 18. *Locus* mundi fuit creatus, ut mundus eſſet localiter in eo. p. 192. n. 6. *Locus* corporalis explicatur. p. 194. n. 10. & deinceps. *Lotharius* Elector Mogun. prætexit impreſſionem Lullianam. p. 138. n. 31. P. Lucas de S. Iſidoro Carmelita aſſerit facilitatem diſcendi Scientias cum Arte Lulliana, & recomendat Sanctitatem & Illuminationem B. Lulli. p. 74. n. 4. *Ludovicus* Elector Mog. promovit Impreſſionem Lulliani Operis. p. 138. in principio. *Ludovicus* Paramus Inquiſitor contra Eimericum. p. 433. §. *Tertius*. *Lulliana* Artis Alphabetum. p. 459.

**M**ajoritas numeri & qualitatis appetitorum B. Lulli, & Artis. p. 138. n. 33. B. V. Maria dedit Chriſto quidquid generabile eſt in Humanitate. p. 236. n. 32. S. Maria Mag. de Pazzis contra odientes veritatem. p. 302. n. 20. *Marianus Accardus* laudat B. Lullum de illuminatione, & dicit ſcripſiſſe ter mille volumina. p. 73. n. 2. *Martyrium* B. Lulli, & miracula. p. 402. §. 2. *Mater* una ſufficit filiationi humanæ Chriſti. p. 232. n. 24. *Medicina* univerſalis demonſtratur. p. 98. n. 41. *Memoriale* Romæ verſatum pro Canoniz. B. Lulli. p.

485. §. *Quarto* *Mirabilia* facta à B. Lullio. p. 487. à principio *Mixtio* omnium partium elementati. p. 198, n. 17. *Morerius* melius notat, quam notetur à Rmo. Feijod. p. 438. §. 12. *Morrellus* agit de præstantia Lullianæ Artis. p. 273. n. 2. *Motus* Angeli est inatingibilis ab imaginativa. p. 193. n. 8. *Mundus* debet habere unicum Caput terrenale. p. 233. n. 26.

**N** *Natalis* Soc. Je. Doc. Paris. optimè sentit de Lulliana Doctrina. p. 321. n. 7. *Natura* est fundamentum Artis Lullianæ. p. 243. n. 5. *Naturalissima* est dicta Ars p. 19. in principio. Est *Necessaria*. p. 15. col. 2. n. 1. *Necessaria* rationes adstringentes Majoricam ad publicè profitendum Lul. Doctrinæ. p. 303. n. 3. *Necessitas* Incarnationis Dei. p. 214. n. 28. *Necessitas* combinandi Attributiona Dei. p. 250. n. 17. *Necessitas* Equalitatis Contributorum Dei in operari ad extra. p. 393. §. Ad 5. *Negligentia* Lullistarum. p. 312. n. 18. *Notabile* maximum de quærendis Lullianis manuscriptis. p. 448. §. *Hic*. *Nugæ* irrationaliter vocantur termini Lulliani. p. 249. n. 16.

**O** *Blatrantés* contra utilia Inventa. p. 255. n. 26. *Operatio* elementati exemplificata in leone. p. 211. n. 22. *Operatio* Angeli ad extra. p. 216. n. 33. *Opinio*, quid de ea sentiat D. Augustinus. p. 343. n. 38. *Opus* Dei ad extra. p. 211. n. 23. *Opus* de Divinis Attributis postulatum à D. Anselmo. p. 257. n. 29. *Ordinatissima* est Ars Lulliana. p. 12. col. 2. n. 1. *Oratio* est fundamentum Artis Lullianæ, & causa suæ facilitatis. p. 243. n. 5.

**P** *Pacificus* P. Capucinus famam restituit B. Raymundo. p. 113. n. 26. *Panegyristæ* B. Lullii. p. 407. §. 4. *Pars* Angeli, quomodo est in alia p. 206. n. 11. *Partes* sunt in elementato minute. p. 210. n. 20. *Pena* ex detectione veritatis fit Lullianæ Doctrinæ devotior. p. 474. col. 2. circa finem. Adhuc sperabat tertiam Directorii correctionem. Ibid. *Perfectissima* est Ars Lulliana. p. 10. col. 2. n. 1. *Permissio* casus B. Lulli in errores adducta à Rmo. Feijod, rejicitur. p. 441. §. 13. *Perroquet* defendit Sanctitatem & Doctrinam Lul. p. 105. n. 10. *Persona* Divinæ non sunt quantæ. p. 176. n. 6. *Perispicilia* Lulliana. p. 274. n. 5. D. *Petrus* non æstimavit plus Fidem, quam Dei visionem. p. 377. col. 2. §. *Dicere*. *Petrus* Rex scribit ad Papam, ut Liber Philosophiæ Amoris examinetur Barcinone. p. 473. in fine.

*Petrus* Baudovinus Lullista insignis, p. 86. n. 19. *Philippus* V. valde appretiavit Lulliana manuscripta. p. 451. §. *Non.* *Philippus* Carolus Elect. Mog. profecutus est Lul. Impressionem, p. 138. *Pius* Papa IV. noluit Opera Lul. poni in Indice Lib. prohib. p. 111. n. 19. *Possibilitas* rerum. p. 212. n. 24. Et p. 392. *Practica* Tabulę combin. unıversalis. p. 256. n. 27. *Principia* generalia, ex quibus fiunt omnia. p. 167. n. 4. *Privilegia* Regum erga Lul. Doctrinam. p. 115. *Privilegium* elargitum M. Jacobo Janer Cister. per Regem Ferdinandum. p. 131. *Profunditas* maxima Lul. Artis. p. 7. n. 4. *Provincia* Majoricen. S. Francisci, quare publicę proficetur Lul. Doctrinam. p. 308. n. 13. *Puritas* Lul. Doctrinæ, omni jure defenditur. p. 436. §. 11.

**Q**uestiones omnes per Lul. Artem possunt solvi millenis modis. p. 382. §. *Ad* 2. *Quale* est Regula 6. Artis, & practicę explicatur. p. 178. n. 1. *Qualis* est Deus proprię? Ibid. n. 2. *Qualis* est Angelus? p. 181. n. 9. *Qualis* est homo? p. 182. n. 10. *Qualis* est Deus appropriatę? p. 183. n. 12. *Qualis* est Angelus appropriatę? p. 184. n. 14. *Qualis* est homo appropriatę? p. 185. n. 15. *Quando* est Regula 7. Artis de rerum tempore, quod practicę explanatur. p. 186. n. 1. *Quantitas* discreta Angeli. p. 177. n. 7. *Quantum* est Regula 5. Artis, & practicę explicatur. p. 174. *Quantus* est Angelus? p. 175. n. 3. *Quare* est Regula 4. Artis practicę explicata. p. 170. *Quare* est Deus? Ibid. n. 2. *Quare* est Angelus? p. 172. n. 6. *Quare* est Deus finalitę? p. 173. *Quare* est Angelus finalitę? Ibid. n. 8. *Quare* Ars Lul. nonnullis displicet? p. 268. n. 11. *Quid* Regula est 2. Artis, quę practicę explicatur. p. 163. n. 1. *Quid* est Deus? Ibid. n. 2. *Quid* habet Deus in se? p. 164. n. 3. *Quid* est Deus in alio? p. 165. n. 5. *Quid* habet Deus in alio? p. 166. n. 7. *Quomodö* Regula est 9. de Modalitate practicę explicata. p. 201. n. 1.

**R**apin contra methodum Lul. insipientę loquitur. p. 316. n. 2. *Rationes* sive Dignitates, quomodö sunt in Deo? p. 207. n. 13. *Raymundus* B. Lullius Chimiäm sanctę exercuit. p. 96. n. 37. De demonstrabilitate Mysteriorum Fidei. p. 336. n. 25. Scripsit abundantę de omni scibili. p. 409. §. 5. Fuit Chimię reformator & sublimator, non verö fundator. p. 412. §. 6. Habuit commercium cum Arabibus, sicut Christus cum Publicanis; sed non didicit Chimiäm ab illis. p. 413. §. *Verum.* Chimiäm

Medicinalem ab Arnaldo de Villanova practicè dicit. p. 414.  
 §. *Quòd autem.* Idem fuit admirabilis & inimitabilis totalitatis.  
 p. 415. §. 7. *Raymundus* de Sabunde dicit Scientiam univer-  
 salem omnes particulares præcedere, & sic non est necesse il-  
 las priùs addiscere. p. 263. n. 2. *Reflexio* super Baconis Au-  
 thoritatem. p. 319. n. 5. *Reflexiones* notabiles super Aristote-  
 lis Metaphysicam. p. 277. n. 9. *Regula* infallibilis ad cognos-  
 cendum entium veritates. p. 279. n. 13. *Regule* 10. generales.  
 Lullianæ Artis. p. 158. *Relatio* R. P. Pacifici Capucini de Cul-  
 tu Sanctitatis & Doctrinæ Lullianæ. p. 405. §. 1ste. *Responsio*  
 ad Authoritatem D. Gregorii: *Fides non habet meritum* &c.  
 p. 51. §. *Item* prodixerunt. *Responsio* ad dictoria R. P. Re-  
 nati Rapin contra Lullianam methodum. p. 323. n. 3. *Res-  
 ponsio* ad consilium Rmi Feijod contra Lullianam Artem. p.  
 355. n. 2. *Richardus* de S. Victore ponit rationes necessarias  
 ad probandum ea, quæ Fidei sunt. p. 51. §. *Item quòd.* *Ro-  
 gerius* Bacon Ordinis Minorum incomparabilis Philosophus tes-  
 timonium perhibet de actualitate Alchimie. p. 94. n. 34.  
*Ilmus.* *Rupescissa* Ordinis Seraphici Insignis Lullista fecit Li-  
 brum de *Famulatu Philosophia*, qui est præclara explicatio  
 Libri B. Raymundi de *Quinta Essentia*. p. 82. n. 11.  
**S** *Alzinger* scribit iusto dolore de Waddingo. p. 242. n. 3.  
*Idem* refutat dictum R. P. Rieræ circa Dei Decretum. p.  
 261. n. 38. Ejus labor ad compilanda Opera Lulliana. p. 314.  
 n. 20. *Idem.* De vera methodo demonstrandi. p. 334. n. 22.  
*Schola* Lulliana Moguntie. p. 290. n. 5. *Scientia* universalis  
 est necessaria. p. 146. n. 8. *Scientia* quotupliciter fit. p. 413.  
 §. *Ad tollendum.* *Scripta* Lulliana sunt in mundo frequen-  
 tissima. p. 447. §. 14. *Sententia* Rmi. Feijod contra Artem  
 Lullianam. p. 4. n. 2. *Sententia* Inquisitoris Dominicani vin-  
 dicans articulos Libri Lulliani damnatos ab Eimerico. p. 37.  
 §. *Noverint.* *Sententia* Definitiva pro immunitate Doctrinæ  
 B. Raymundi Lulli. p. 61. *Sententia* Baconis contra Lul-  
 lianam Artem. p. 315. n. 1. *Signa* Sanctitatis B. Raymundi  
 Lullii cœlis ostensa. p. 69. n. 8. *Simplicitas* Dei, cum quo  
 est? p. 222. n. 3. *Simplicitas* Angeli. p. 223. n. 5. *Simpli-  
 citas* partium elementati. Ibid. n. 7. *Sixtus* Papa IV. desig-  
 navit Censores, qui approbarunt *Januam Artis* B. Raymun-  
 di

di Lullii. p. 171 n. 19. *Sixtus* Papa V. noluit Opera Lulliana poni in Indice Librorum prohibitorum Ibid. n. 20. *Sol* nihil de sua essentia mittit ad inferiora. p. 190. n. 12. R. P. *Sollerius* Soc. Je. celeberrimum adhibet applausum Principi Elect. Palatino pro Inpressione Operum B. Raymundi Lullii. p. 137. n. 30. *Specimen* evidentialia de Subtilitate B. Lullii. p. 423. §. *Ponatur*. *Spiritus* Dei erat in B. Lullio scribenti. p. 23. n. 1. *Subtilitas* maxima. Artis Lullianæ. p. 7. n. 2. *Superbia*, qualiter demones, & homines superbos fallat. p. 351. n. 51. *Syllogismi* 12. ad probandum aliqua Fidei Mytheria. p. 52. col. 2. §. *de secunda*. *Synodus* Africana circa posse & Velle Divinum. p. 390. §. *Tota*.

**T**Abula Combinatoria Universalis Attributorum Dei, omnis Creaturæ, & omnis utriusque Operationis. p. 252. *Tempus* est accidens reale, &c. explicatur ejus conditio. p. 188. n. 7. *Tempus* Angeli, sive æternitas explicatur. p. 189 n. 9. & 10. *Tempus* respiciens motum successivum. Ibid. n. 11. *Testimonia* DD. Anselmi, & Bonaventuræ de intelligentia acquirenda eorum, quæ credimus. p. 260. n. 35. D. *Thomas* Doctor Angelicus fecit Librum contra Gentiles requirentes Rationes demonstrativas ad intelligenda Fidei Mytheria. p. 52. §. Item S. *Titulus Beati* datur Illuminato Doct. Raymundo Lullio in Decreto Generali à Sede Apostolica confirmato, & in Decreto Urbani Papæ VIII. p. 310. n. 16. *Totum* primum datur, quod compositum est ex forma, & materia primis. p. 196. n. 14. *Trinitas* Dei demonstratur à D. Augustino. p. 345. n. 41.

**V**acuum non est in rerum natura. p. 199. n. 20. *Ubi* Regula est 8. Artis. p. 191. n. 1. *Ubi* est Deus? Ibid. n. 2. *Verinus* Poeta candidus docet attentionem potiùs ponendam in ratione probantis. p. 25. n. 4. *Veritas* Bullæ anni 6. D. Gregorii XI. uti proprietatis non entis, Eimerico consistere nequivit. p. 483. §. *Quare*. *Villeta* obtinuit publicationem Indicis Librorum prohib. suspendi donec Opera Lulliana fere ab ipso ablata. p. 314. n. 20. *Vindicta* Dei ab adversariis Lullianæ Doctrinæ metuenda. p. 396. n. 5. *Vinum* in amphora non est in loco ipsius. p. 199. n. 19. *Virtutes* heroiæ B. Raymundi Lullii. p. 416. & deinceps. *Unitas* Dei est

in Trinitate convertibiliter. p. 224. n. 8. *Unitas* Angeli est in Trinitate ipsius inconvertibiliter. 225. n. 10. *Universalitas* cognita ad omnium particularium cognitionem ducit. p. 238. *Universitas* Complutensis petit pro B. Raymundi Lullii Canonizatione. p. 295. n. 13. *Vota* omnia Eimericanorum ad unum caput reducuntur. p. 482. §. *Videtur*. *Urbanus VIII.* in suo Decreto præcipit *Alumnis* Collegii Sapientie quotidianam Lullianæ Artis accipere lectionem. p. 310. n. 16. *Usus* Tabulæ combin. universalis. p. 259. n. 33. *Utilitas* maxima Lullianæ Artis. p. 16. n. 1. *Utrum* Regula est universalis prima Artis Lullianæ possibilitatis omnium investigativa. p. 158. n. 9.

**X***imenius* de Cisneros Em. S. R. E. Cardinalis appetit valde Scripta B. Raymundi Lullii ipsum vocans *Illuminatissimum*. p. 75. n. 6. *Idem* semper in suo habebat comitatu insignem Lullistam de Doctrina Lulliana diuque, noctuque cum eo conferentem. p. 296. n. 14. *Idem* ad Juratos live Rectores Regni Majoricarum scribit magnoperè appetians Lullianam Doctrinam. p. 430. §. *Em.*


*Waddingus* de Arte Lulliana Magna, & Parva loquitur sine intrinseca earum notitia. p. 240. n. 2. *Idem*, si adhuc viveret remitteretur ad Librum Regum, ut videret, quam Lullistæ præferant excellentiam. p. 453. §. *Ad hunc*. *Idem* per semitam Lullianam cum calcaribus de palea equitavit. p. 488. col. 1. *Willelmus* Serenissimus Elector Palatinus ter beatæ memoriæ, qui innumeris expensis Lulliana Opera manuscripta recolligi, & typis mandari mandavit. p. 137. n. 29. & 30. *Wolff.* Philippus Sac. Theol. Doctor Censuram dedit æquissimam circa B. Rymundum, & ejus Doctrinam. p. 331. n. 18.

AD MAJOREM DIVINÆ VERITATIS GLORIAM.





81  
91





1850

3

1850

8.930

1850